A NAZ.
anuele III
III

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
B
24
NAPOLI

XXVIII
B
24

XXXVIII
B
M

IO. CVSTODIS BRECHTANI

SYNTAXIS

DE INTEGRO NVPER RECOGNITA, ATQVE IN COMPENDIVM MIRA FACILITATE COACTA:

Et nunc demum retexta per Martinum Lypſium. Inſerta ſunt quoque non nulla neutiquam reijcienda, ex alijs Auctoribus excerpta.

INTRODVCTIO IN ARTEM VERSIFICATORIAM.

HADRIANVS LVCAS, D. IACOBI APVD ANtuerpianos Ludimagiſter, ad puerum Grammatices ſtudioſum.

Huc ades Oenotria puer ô ſtudioſe Mineruæ,
Pieridúmque volens inuigilare choris:
Rectum pandit iter nitidas ad Phocidos vndas,
Multijuga breuis hic vtilitate liber.
Nulláque Barbarie fuſcata eſt pagina turpi,
Præcipit aut quidquam, quod didiciſſe pudet.
His igitur teneram præceptis trade ſerenus
Limandam mentem, mollis ephœbe, tuam.
Sunt adiecta ſimul non aſpernanda: laborem,
Sit licet exiguus, conſule quæſo boni.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
M. D. LXVIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Grammatica.

GRAMMATICA *eſt ars rectè ſcribēdi, rectéq; loquendi, poëtarum enarrationem continens: omniumq́ ſcientiarum fons vberrimus.*

Et dicitur Grammatica à Græco nomine γράμμα, γράμματος, id eſt, littera: & declinatur Grammatica, cæ, vel grammatice, ces. Latinè dicitur litteraria, litteratura: vel litteræ, litterarū. Quare grammatica nomen habet à litteris? Quia à litteris incipit è quibus docet ſyllabas cōnectere, & hinc dictiones, rurſumq́; orationes: quorū omnium vim, vt rectè loquamur, & ſcribamus, pulcrè enucleat grāmatica.

Duplex grāmatica. Duplex eſt grammatica: Methodice, & Hiſtorice. Methodice eſt, quæ rectè ſcribēdi recteq; loquēdi præcepta cōtinet. Et dicitur à μέθοδος, id eſt, doctrina: quia viā rationis præſtat. Quā Fabius Methodicen vocat, à Diomede dicitur Horiſtice, quia artis præcepta definit, ab ὁρίζω, id eſt, definio. Hiſtorice eſt, poëtas enarrandi ſciētia, ab ἱστορέω, id eſt, enarro. Eadē à Diomede appellatur Exegetice, id eſt, expoſitiua.

Partes grāmaticæ. Quatuor ſunt partes grammaticæ: Orthographia, Etymologia, Syntaxis, Proſodia.

Orthographia. Orthographia, eſt rectè ſcribēdi peritia: vt, Chryſoſtomus cū ch, & y græco: à χρυσός, id eſt, aurū, & στόμα, id eſt, os. Veſter cū ſ in ſecūda ſyllaba. Dicitur autē Orthographia, ab ὀρθός, id eſt, rectus, & γράφω, ſcribo, hoc eſt recta ſcriptura.

Etymologia. Etymologia, eſt ſcientia oſtendēs verā dictionū originē, cū reliquis accidentibus: vt, Rex, à rego etymū eſt. Diciturq́; ab ἔτυμος, id eſt, verus, & λόγος, ſermo vel ratio, quaſi veriloquiū, quod Cicero notationē appellat, alij verò originationē.

Syntaxis. Syntaxis eſt pars grāmatices, qua congruā orationē ab incongrua diſcernimus. Et dicitur à σύν, id eſt, con, & τάξις, quod eſt ordinatio. Hinc Syntaxis, coordinatio ſiue cōſtructio.

Proſodia. Proſodia, eſt carminis & accētus notitia: vt, Simo, genitiuo Simōnis penultima lōga cōtra vulgarē loquēdi modū. Et dicitur à πρός, id eſt, ad, & ᾠδή, cātus, hoc eſt, accēt᾽.

Syntaxis triplex. Triplex eſt Syntaxis: Præceptiua, Permiſsiua, & Prohibitiua. Præceptiua, eſt quæ ſub arte & præcepto cōtinetur. Vt, Vir fortis. Turba ſedet. Permiſſiua, eſt Syntaxis contra artē vitioſa, ratione vel auctoritate excuſata. Vt, Sola bubo. Pars in fruſta ſecant. Prohibitiua, eſt Syntàxis nobis prohibita, quia vitioſa, nec ratione nec auctoritate excuſata. Vt, Vos eſtis doctus. Græcè dicitur ſolœciſmus.

Accidentia ſyntaxeos. Syntaxi duo accidūt: Concordantia & Regimen. Concordātia, eſt debita partiū orationis conuenientia, in genere, numero, caſu, vel perſona. Regimen, eſt certi caſus exigētia, de caſus natura nihil amittētis. Vt exigentia accuſatiui in verbo amo, eſt Regimē: quia dicimus, Amo litteras. Additur de caſus natura nihil amittentis,

pro-

propter caſus aduerbialiter poſitos. Vt, Vado Romam, quia ferè totam naturã caſus amittũt, adeò vt pauciſsima adiectiua eis adijciantur: nõ enim dicimus niſi poëticè, Vado Romã pulcrã. Omnes partes orationis regunt, preter coniunctionẽ. Vt, Liber Petri, Hæc volucrũ, Amo Deũ, Satis vini, Amans Deũ, Ad patrẽ, Heu me. Ait Virgil. Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergô venimus. Heic coniunctio ergô regit genitiuũ illius: malè igitur dicis coniunctionẽ non regere. Reſpondeo, ergô in illa oratione non eſſe coniunctionẽ, ſed antiquum nomẽ indeclinabile, ſignificans idẽ quod cauſſa: vt alibi ſæpè. Tres ſunt partes quæ & regunt & reguntur. Nomen, pronomen, & participium: quia ſolus caſus regitur. Quatuor orationis partes regunt tantũ; Verbum, aduerbium, prepoſitiò, interiectio. Vna nempè, cõiunctio, nec regit, nec regitur.

Partes regentes. Obiectio. Reſponſio. Coniũctio.

SYNTAXIS.

Cõſtructio

Onſtructio, eſt congrua partium connexio. Ea autẽ trifariã accipitur. Primò enim cõnectuntur partes, non habita ratione determinati caſus: & de hac agitur in primo capite. Secundò connectũtur partes, cũ reſpectu determinati caſus: & de hac agitur in ſecũdo capite. Tertiò fit partium inter ſe ordo, declarandæ conſtructionis cauſſa: & de hac agitur in tertio capite. Proinde tria in præſens diſtinguimus huius Syntaxeos capita.

Conſtructionis diuiſio.

DE CONSTRVCTIONE, QVA CONNECTVNTVR PARTES NON HABITA RATIONE DETERMINATI CASVS.

CAPVT I.

DVo nomina ſubſtantiua ad idem pertinentia, ſine coniunctione media ponuntur in eodem caſu: 1. Regula.

Vt, Vrbs Roma, Vrbis Romæ, &c. Flumẽ Rhenũ. Caſtaneæ nuces. ETIAM in diuerſo numero] Quando videlicet alterum ſubſtantiuũ eſt plurale vnius rei tantũ: Vt, Vrbs Athenæ. Alexis deliciæ domini. Vel collectiuum, id eſt, ſingulare plurium: vt, Aborigines genus hominũ agreſte. VTRI ſubſtãtiuo tunc cõformabitur verbũ vel adiectiuũ? Illi, cui aptiùs videbitur cohærere: vt, Captis Coriolis vrbe Volſcorum, non autem capta Coriolis vrbe. Sic contra: Capta Volſcorum vrbe Coriolis, aptiùs ac ſuauiùs, quàm captis Volſcorum vrbe Coriolis. Ouid. Quid meruere boues, animal ſine fraude doloque. Id à ſenſu quoque interdum petitur. Plin. 2. nat. hiſt. Vulcinij oppidum Tuſcorum opulẽtiſsimum, tõtũ concrematum eſt. Idẽ, Tungri

ciuitas Galliæ fontem habet inſignem. Significatur enim vtrobique vnitas vrbis. Hierõ. Tigrides horridum animal, ſitientes ſunt humanum ſanguinem. Nam plura denotantur animalia, cùm animal heic collectiuum ſit. Inter ſubſtantiua ad eandem rem ſpectantia, alterum quandoque reperitur in genitiuo poſitum. Virg. Hic tamen ille vrbẽ Pataui ſedesq́; locauit Teucrorũ. Cic. In oppido Antiochiæ. Sed potius in eodem caſu per appoſitionem. Appoſitio, eſt duorum nominum ſubſtãtiuorum ad eandem rem pertinentium, ſine coniunctionis medio in eodem caſu poſitio. Tribus de cauſſis fit Appoſitio. Primò cauſſa reſtringendæ generalitatis: vt, Vrbs Gandauũ. Arbor laurus, Menſis Iulius. Secundò cauſſa remouẽdæ æquiuocationis: vt, Plin. Lupum piſcem non vidit Italia: niſi addidiſſet piſcem, de quadrupede potuiſſet intelligi. Aequiuocum, vel Polyſemum, eſt dictio diuerſa ſignificatione multa ſignificans: vt, Canis, lupus, taurus. Tertiò fit appoſitio cauſſa attribuendæ proprietatis: vt, Plato homo doctiſsimus.

Appoſitio. Ob treis cauſſas fit Appoſitio. Aequiuocum.

XI. Regula

Adiectiuum & ſubſtantiuum, & ſimiliter demonſtratiuum & res demonſtrata, conformantur genere, numero, & caſu.

ADIECTIVVM & ſubſtantiuum] vt, Vir bonus, Mulier impudica, Animal album. DEMONSTRATIVVM & Demonſtratum: vt, Iſta fortuna, Illi mores, Hoc negotium. Abſente nobis, præſente amicis, præſente legatis, quæ apud vetuſtiſſimos leguntur, huc non pertinent: cùm ibi abſente & præſente teſte Donato præpoſitiones ſint ablatiuo ſeruiẽtes, non adiectiua: vt, Abſente nobis, id eſt, clam nobis. Præſente amicis, id eſt, coram amicis. Præſente legatis, id eſt, coram legatis.

Abſente. Præſente.

Exceptio.

Participium verbi ſubſtantiui, vocatiui, aut eius vim habentis interpoſitum ſubſtantiuis diuerſorum generum vel numerorum conformatur priori.

Vt, Verbum factum eſt caro, non facta. Aqua eſt facta vinum, non factum. Nam præcedens ſubſtantiuum, eſt proprium eius participij ſubſtantiuum.

At ſi eiuſmodi participium ambobus ſubſtantiuis ſitu poſtponatur, reperitur indifferẽter vtrilibet conformari.

PRIORI] Ludos Megaleſia appellatos. Iuſtinus de Semira. Sexum mentita, puer credita eſt. Ouid. Tunc procul abſenti cura futurus eris. POSTERIORI] Liui. Gens vniuerſa, Veneti appellati. Idem, Ludi fuerunt Megaleſia appellata. Cic. Non om

nis

nis error ſtultitia eſt dicenda. Idem, Video amicitiam noſtram nimicitias modò factas. Ter. in Phor. Nunquam æquè ac modò, paupertas mihi onus viſum & miſerum, & graue.

Relatiuum & antecedens debent conuenire in genere, numero, & perſona: III. Regula.

Vt, Hic eſt quem diligo. Venite omnes, qui laboratis. Hac autem: Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, Domino. In atrijs tuis Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, non ſunt Latinæ: eò quòd relatiuum non conformatur antecedenti in perſona, immo Valla dicit in libris emendatis haberi verba ſecundæ perſonæ. Aug. quoque in Pſal. legit verba ſecundæ perſonæ. Cur non oportet relatiuum & antecedens conuenire in caſu? quia nō pendet ab eodem regente. Intelligatur hæc regula, ſolum de relatiuis identitatis ſubſtantiæ non reciprocis, cuiuſmodi ſunt hęc ſex. Qui, ille, ipſe, iſte, hic & is. Relatiua autem diuerſitatis: vt, alius, alter. Et accidentis: vt, Talis, qualis, tantus, quantus, tot, quot. Et hoc reciprocum ſuus, ſemper cohæret ſubſtantiuo ſequenti: vt, Aues ſunt bipedes, alia verò pecora quadrupedia. Canis eſt manſuetus, quale & hoc animal. Tanta eſt hæc bellua, quantus & leo. Is alit parentes ſuos. Illud autem Horat. Sed incitat me pectus & mammæ putres, equina qualis vbera: dictum eſt poëtica licentia. Duplex eſt relatiuum, Subſtantiæ & accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ, eſt quod refert antecedens ſubſtantiuum: vt, Habeo librum quem quæris. Duplex eſt relatiuum ſubſtantiæ. Identitatis & diuerſitatis. Relatiuum identitatis eſt quod refert idem cum ſuo antecedente: vt, Qui, quæ, quod, ipſe, &c. Relatiuum diuerſitatis eſt, quod refert antecedēs diuerſum à conſequenti cum quo concordat, ſcilicet ſub eodem génere vel ſpecie: vt, Amo laurum & ceteras arbores, ex quo infertur laurum eſſe arborem. Relatiua diuerſitatis ſunt: Alius, alter, reliquus, cetera, um. Relatiuum accidentis, eſt quod refert antecedens adiectiuum: vt, Qualis, quantus, quot, quotus, &c.

De quibus relatiuis intelligatur regula.

Relatiua diuerſitatis cui conformētur.

Relatiuum ſubſtantiæ

Relatiuum ident.

Relati. diuerſitatis.

Relat. accidentis.

Sui primitiuum & ſuus deriuatiuum dicuntur relatiua reciproca, eo quòd ferè reciprocant ſeu reflectūt actum verbi ad eandem perſonam, à qua proceſsit. Et non niſi reciprocè ponūtur. Referuntur autem ad ſuppoſitum tertiæ perſonæ, aut etiam ad obliquum qui vim habeat ſuppoſiti tertiæ perſonæ. AD ſuppoſitum] vt, Is ſe læſit, Stulti ſibi placent. AD obliquū.] Plin. epiſt. lib. 4. Caluiſium rogo, ſemeſtri Tribunatu ſplendidiorem ſibi & auunculo ſuo facias, id eſt, facias, vt Caluiſius ſit ſplendidior ſibi, & auunculo ſuo. Horat. Aut famā ſequere, aut ſibi conuenientia finge, id eſt, finge ea, quæ ſibiipſis conueniant & non aduerſentur. SVVS] vt, Paulus orāt, vt ſuo faueas filio. Suus

Relatiuum reciprocū Sui.

Suus.

cuiqué mos eſt: id eſt, quiſque habet ſuum morem, vel ſuus, id eſt, proprius. Cic. 1. Offic. In qua deliberatione, ad ſuam cuiuſq; naturam conſilium eſt omne reuocandū. id eſt, ad propriam cuiuſque naturā. Suus enim, fermè idem eſt quod proprius. Hoc tamen intereſt inter ſuus & proprius, quòd ſuus ad tertiā dūtaxat perſonam referatur: proprius etiam ad primā, vel ſecundā. Quare apud Virgil. III. Aeneid. Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. Impropriè accipitur ſua pro propria, teſte Seruio: vel pro veſtra, vt inquit Valla. At ſi eadem conſtructio duo cōplectatur ſuppoſita tertiæ perſonæ, reciprocum plerunque refertur ad principalius ſeu prius, interueniente præſertim, vt, ne, vel an: vt Rogauit Ieſum quidam Phariſæus, vt apud ſe maneret: id eſt, vt Ieſus maneret apud ſe, puta Phariſæum. Salluſt. Catilina poſtulare à patribus cœpit, ne quid de ſe temerè crederent: de ſe, ſupple Catilina. Quæſiuit Dominus ex Petro an ſe diligeret: ſe, puta Dominum. Veruntamen à ſenſu ſubinde petendum, ad vtrum fiat reciprocatio. Magiſter præcepit pueris, vt calefacerent ſe. Heic fit reciprocatio ad poſterius ſuppoſitum. Eſt quando licet indifferenter vti aut reciproco, aut non reciproco: vt, Sathanæ nihil inuiſius eſt Chriſtianorum inter ſe concordia, vel inter ipſos. Philoſophis inter ſe, vel inter ipſos, variæ ſunt ſententię. Inter ſe, ſi obliquum velis vim obtinere nominatiui ſuppoſiti: vt, Philoſophi varias inter ſe habent ſententias. Inter ipſos verò, non habita ratione nominatiui. Cicero epiſtola XIIII. Piſonem noſtrum merito eius amo plurimum, vel merito ſuo.

Exceptiones. *Sex modis contingit relatiuum non conformari ſuo antecedenti.*

Primò, ſi ſubſtantiuè accipiatur relatiuum.

Plinius: Adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. quod, id eſt, quam rem.

Secundò, ſi relatiuum referatur ad verbum:

Vt, In tempore ad eam veni, quod omnium rerum eſt primum: quod, ſup. venire in tempore. Verbum autem antecedens, non eſt eius generis, cuius eſt relatiuum. Cur igitur relatiuum eſt neutri generis? eo quòd eius ſubſtantiuum intellectum, puta infinitiuus nominaliter acceptus, eſt eius generis.

Tertiò, ſi relatiuum referatur, non ad vocem antecedentis, ſed ad rem ſignificatam.

Vt, Scelus qui me hodie perdidit, id eſt, ſceleſtus. Nec mea verba legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrum. Verba mea, id eſt, verba mis: qui ſupple ego. De quibus etiam infra.

Quar-

Quartò, ſi antecedens accipiatur pro re ſignificata; relatiuum verò pro voce antecedentis : vel contra, ſi antecedēs accipiatur pro voce, relatiuū verò pro re ſignificata:
Vt, Inuenimus Meſsiam, quod interpretatum eſt Chriſtus. Tu vocaberis Cephas, quod eſt Petrus. CONTRA] Ouidius: Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen, Quæ Deus in campo præſtitit ipſe ſuo. In his autem ſtructuris, relatiuum petit genus & numerum, non ab antecedente, ſed à ſubſtantiuo quod in relatiuo ſubauditur: vt, Inuenimus Meſsiam, quod interpretatur, &c. Quod ſup. Meſsias, id eſt, quod nomen Meſsias, cùm antecedens Meſsiam ſit maſculini generis.

Quintò, ſi relatiuo immediatè addatur aliud ſubſtantiuum diuerſi generis aut numeri:
Vt, Celereſque ſagittas Corripuit fidus, quæ tela gerebat Achates. Cæſar: Interim Cæſari nuntiatur, Sulmonenſes, quod oppidum à Corfinio ſeptem milium interuallo abeſt, cupere ea facere quæ vellet.

Sextò, ſi relatiuo aliud poſtponatur ſubſtantiuum, ſed non ita immediatè:

De quo Regula.

Relatiuum poſitum inter ſubſtantiua diuerſi generis aut numeri, poteſt vtrilibet conformari.
PRIORI] Cicero: Tum cònuenticula hominum, quæ poſteà ciuitates vocauerunt. Idem: Homines tuentur illum globum, qui terra dicitur. Item de natura Deorum : Propius à terra Iouis ſtella fertur, quæ Phaethon dicitur. Plin. lib. xxx. Expugnato oppido, quod vocatur Arcadia. Vbi priori ſubſtantiuo cohæret relatiuum, cùm poſterius ſit nomen propriū, contra præceptionem Seruij. Sæpius tamen & elegantiùs conuenit cum poſteriori. POSTERIORI] Salluſtius: Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Cicero: Animal plenū rationis & cōſilij, quē vocamus hominē. Idē: His animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas vocatis. DIVERSI numeri] Virgilius: Nec partē poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt. Quinctilianus: Vbi verò maximas familias fames exſtinxit, quæ maxima pars eſt, inanes domus ſitum ducunt.

Quando per coniunctionē copulatiuam iunguntur ſubſtantiua diuerſorum generum ſexum diſcernentia, totum obtinet vim maſculini, per conceptionem generum. Conceptio generum.

Eſt autem conceptio generum, quando maſculinum genus concipit femininum aut neutrum.

Vt, Vlyſſes & Penelope ſunt laudati. Hic & vxor ſunt formoſi. Inſtituo fratrem & ſororem heredes, quos diligo. Similiter reſpectu ſubſtantiui, vt, Dauus & Myſis ſunt ſerui, Ptolomæus & Cleopatra Reges fuere. Er per cum] Ilia cum Lauſo de Numitore ſati, id eſt, Ilia & Lauſus ſati. Fit etiam implicitè Conceptio generum: vt, ſi demonſtrentur Paulus & ſoror, vterque iacet pronus. Neuter eſt litteratus. Qui ſunt hi? Iſti ſunt eruditi. Andromache trahebat puerum ad ſoceros: puta ad Priamũ ſocerum, & Hecubam ſocrum.

Regula indifferẽtiæ. *Cùm verò iunguntur ſubſtantiua diuerſorum generum ſexum non diſcernentia, adiectiuum vel relatiuum ponitur in neutro genere.*

Liuius: Multa caſtella viciq; ante deleta. Idem: Murus & porta de cælo tacta erant. Salluſtius: Huic ab adoleſcẽtia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata fuere. Illud autem Lucani, Hinc leges & plebiſcita coactæ, mirabimur, non imitabimur. (Leges & plebiſcita coactæ.)

Sed ſi eiuſmodi ſubſtantiua ſexum non diſcernẽtia eiuſdem ſint generis: aut cõformatur eis adiectiuum vel relatiuum, aut ponitur in neutro genere.

Conformatvr] Sall. de inertibus. Eorum ego mortem, vitamq; iuxta æſtimo: quoniam de vtraque ſiletur. Idem: Fama atque fortuna eorum, qui in obſcuro vitam agunt, pares ſunt. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. In neutro] Salluſt. Ex ſumma lætitia atque laſciuia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia inuaſit. Lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti. Solinus: Polypus & chamæleon, glabra ſunt. Quamuis enim Polypus & chamæleon res animatas ſignificent, non tamen diſcernunt ſexũ.

Qvid ſi alterum ſubſtantiuum ſexũ diſcernat, alterum verò non? Variè inuenitur ab auctoribus prolatum adiectiuum vel relatiuum. Sall. Ipſi atque militaria ſigna obſcurati, quaſi per cõceptionem generum. Cic. de Senectute poſuit relatiuum in neutro genere. Delectabatur crebro funali & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat. Qvomodo Latinè dictũ eſt illud Plauti? Vtrunque hæc, & multiloqua & multibiba eſt anus. Dices vtrunque heic non eſſe adiectiuum, ſed ſubſtantiuè accipi, pro eo quod eſt vtraque res. Svbstantive enim accipitur adiectiuum, quandoque in maſculino genere: vt, Iuſtus vt palma florebit in domo Domini: ſup. homo. Torrens, ſup. fluuius, (Adiectiua ſubſtantiuata.)

nius, Oriens, Occidens, puta Sol. QVANDOQVE in feminino] Aridam fundauerunt manus eius, puta terram. Serpens, animans, conſonans. SAEPE in neutro. Quæ plerunque exponuntur per nomen res: vt, Velim omnia diligētiſsimè ad me perſcribas, id eſt, omneis res. NON nunquam etiam per abſtractum: vt, Seruantiſsimus æqui, id eſt, æquitatis. Mens ſibi conſcia recti. VEL per aduerbium: vt, In æternum, id eſt, æternaliter. ET per nomen pars: Frigidiſsimum hominis eſt cerebrum: id eſt, pars frigidiſsima.

Verbum & ſuum ſuppoſitum, conueniunt in numero, in perſona, & in rectitudine: IIII. Regula.

Vt, Ego laboro. Tu ludis. Ille ridet. AD rectitudinem id requiritur, vt ſuppoſitum ſit caſus nominatiui, & verbum perſonale finiti modi. Rectitudo.

Verbum ſubſtantiuum interpoſitum rectis diuerſorum numerorū conformatur modò præcedenti, modò ſequēti: Appendix.

Vt, Mihi patria eſt Athenę, vel ſunt. Magnæ diuitiæ ſunt, lege naturæ cōpoſita paupertas, vel eſt, Sanguis erant lacrymæ, vel erat. Vtri nominatiuo potius concordat? aut vero ſuppoſito, aut præcedenti ad formam ſuppoſiti. Melius enim dixeris, Gaudia ſunt noſtri doloris principium, quàm eſt: cùm nominatiuus principium, neque ſit ſuppoſitum, neque formam præbeat ſuppoſiti.

At verbum ſubſtantiuū ambobus nominatiuis ſitu poſtpoſitum, ſæpe & eleganter propinquiori iungitur.

Terentius: Amantium iræ, amoris redintegratio eſt. Ouidius: Omnia pontus erat. Veſtes, quas geritis ſordida lana fuit.

Non nunquàm tamen & remotiori, vtpote verò ſuppoſito, iungitur.

Ouidius: Gaudia, principium noſtri ſunt Phoce doloris. Apul. Qui canes, & ipſi lapis erant. Liuius: Captiui, militum præda fuerunt.

Quoties iunguntur ſuppoſita diuerſarum perſonarum ad verbum, totum obtinet vim perſonæ prioris. Vel ſine coniunctione, & ſic eſt euocatio: vel intercedente coniunctione, & ita eſt conceptio perſonarum. Euocatio. Conceptio perſonarū

VEL ſine coniunctione] vt, Stultus ego credidi. Tu recubans meditaris. Nos pauidi trepidamus. Vos timidi tacetis. ETIAM implicitè] non expreſſo videlicet pronomine ego nos, tu vel vos. Terent. Calliopius recenſui. Ipſe dixiſti. Non omnia poſſumus omnes. Id fit per Euocationem, eò quòd tertia perſona euoca-

tur ad primam vel ſecundam, per ego, nos, tu vel vos. Vel intercedente coniunctione copulatiua] vt, Ego & frater lugemus. Neque ego, neque tu fecimus. Tu fraterque gaudetis. Etiam per cum] vt, Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum: id eſt, Iphitus & Pelias & ego diuellimur. Hoc autem fit per Conceptionem perſonarum: cùm prior perſona concipiat poſteriorem.

Conſtructio aliquando ſequitur ſenſum non vocẽ. Primò per nomen collectiuum.

Virgilius: Pars hominum validi, turres & mœnia ſcandunt. id eſt, quidam homines validi. Liuius: Maxima pars ab equitibus in flumen acti: id eſt, plurimi acti.

Secundò, per diſtributiuum:

Vt, Nudus vterque iacent: id eſt, ambo iacent nudi. Ouid. Vtraq; formoſæ Paridi potuere videri. i. ambæ potuere videri formoſæ.

Tertiò, ad oſtendendum ſexum:

Vt, Anſer feta, id eſt, anſer femella feta. Plautus: Elephantem aiunt grauidam perpetuos decem eſſe annos.

Quartò, quando magis commune intelligitur in minus communi:

Vt, Cẽtauro inuehitur magna: ſup. naui. Albula pota: ſup. aqua.
Vel contra. Minus commune in magis cõmuni] vt, Hoc pecus omne meum, multæ ſtabulantur in antris: ſup. oues.

Quintò, quando abſtractum ponitur pro concreto.

Terentius: Scelus, poſtquam ludificatus eſt virginem: id eſt, maximè ſceleſtus.

Sextò, plura per coniunctionem copulatiuam coniuncta, æquiualent vni plurali:

Vt, Demoſthenes & Cicero fuerunt eloquentes. Ouid. Non mihi veniſtis Semele Ledéve docendæ: id eſt, nec Semele nec Lede veniſtis docendæ. Aliquoties enim diſiunctiua vim obtinet copulatiuæ, præſertim negatione præpoſita.

Niſi diuiſim intelligantur accipi:

Vt, Magna mihi tecum familiaritas, conſuetudoque ſemper fuit: id eſt, magna familiaritas fuit, & conſuetudo fuit.

Aut niſi ſignificetur identitas:

Vt, Anima rationalis & caro, vnus eſt homo. His autẽ ſex modis dicunt fieri Syntheſim] Eſt autem Syntheſis, quando adiectiuum & ſubſtantiuum, verbum & ſuppoſitum, vel relatiuum & antecedens, coniũguntur nõ gratia vocis, ſed ſignificati.

Syntheſis.

Septi-

Septimò, quando eſt diuiſio totius in parteis per Prolepſim. Eſt autem Prolepſis præacceptio totius concordantis cum verbo vel adiectiuo: quod poſteà diuiditur per parteis, in quibus verbum vel adiectiuum eleganter intelligitur: Prolepſis.

Vt, Reges dimicant: hic pro gloria, ille pro ſalute. Illi abierunt: alius in villam, alius ad negotiationem. VEL per obliquos] Iuſtinus: Nomina pueris: alteri Remo, alteri Romulo fuere. Totum, vt heic ſumitur, eſt dictio pluralis numeri, aut dictio collectiua, aut copulatum, quod per valorem eſt pluralis numeri: vt, Petrus & Paulus. Virgil. Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in vnum: Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas. ETIAM implicitè] Quiſque ſuos patimur Maneis: id eſt, nos patimur, quiſque ſupple patitur: quaſi dicat, Ego patior meos Maneis, tu tuos. Curemus æquam vterque partem. Totum,

Octauò, ſi ſit facienda reductio per Zeugma. Eſt autem Zeugma, reductio verbi vel adiectiui, ad caſum extra captum. Et eſt triplex. ProtoZeugma, quando præponitur verbum vel adiectiuum: Zeugma.

Vt, Non eſt expetenda gloria, neque diuitiæ: ſup. ſunt expetendæ. Virg. Silet omnis ager, pecudes, pictęque volucres: ſup. ſilent.

Meſozeugma, ſi in medio ponatur:

Vt, Caper eſt tibi ſaluus & hœdi.

Hypozeugma, ſi in fine.

Terent. Id viſo, tu ne an illi inſaniāt. Virg. Heic illius arma, heic currus fuit. Idem: Nihil heic niſi carmina deſunt. Sed hoc vltimum, poëticè, ac metri neceſsitate eſt dictum. Alioqui ſi fiat cōparatio, aut denotetur ſimilitudo, verbum vel adiectiuum priori conformabitur: vt, Talem filium nulla niſi tu pareret. Ego ſicut fenum arui. Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini.

Nonò per cum:

Vt, Remo cum fratre Quirinus iura dabunt: id eſt, Remus & Quirinus fratres dabunt iura: per conceptionem caſuum, vt præcipiunt non nulli, qui etiam ponunt conceptionem numerorum, quare heic eſt quadruplex conceptio. Tu cum ſororibus eſtis litterati. Quadruplex Conceptio.

Decimò, quando ſubauditur regens:

Vt,

Vt, Venerat ad veſtæ: ſup. templum. Tertio Calendas Decembreis: id eſt, tertio die ante Calendas. Honeſta familia ortus: ſup ple ex. Colum. Quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celeriùs ſe effundunt: id eſt, in ſummo ſolo, ſeu terra. Ceſſerunt æquore iuſſi. id eſt, ab æquore. Varro: Operarios parãdos eſſe, qui laborẽ ferre poſſent, nec minores annorum viginti duorum: ſupple ętate, vel ſupple operarios annorum viginti duorum.

Vndecimò, quando pronomen deriuatiuum ponitur vice genitiui primitiui:

Vnus, Meus, Tuus, Suus. Vt, Nec mea verba legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrũ, id eſt, verba mis, qui ſup. ego, &c. Dico mea vnius opera Rempublicam eſſe liberatam: id eſt, opera mis vnius. Poſſent ne exprimi huiuſmodi genitiui loco poſſeſsiuorũ? Non: quia pronomina deriuatiua actiuè accipiuntur, vel poſſeſsionem ſignificant: vt, Cura mea, Amor meus: id eſt, cura, qua ego rem curo: & amor quo aliquẽ amo. Domus mea, quã ego poſsideo. Terent. in Heaut. dixit, Deſiderio hoc fieri tuo, paſsiuè, pro tui. Genitiui autem

Mis. Tis, Sis. primitiui mis, tis, ſis, quamuis olim actiuè & poſſeſsiuè accipiebantur, nunc tamen abierunt in deſuetudinem. Hi autẽ mei, tui, ſui, noſtri & veſtri paſsiuè tantùm accipiũtur: vt, Cura mei, qua ego curor. Id feci amore tui. Noſtra tui memoria, quam nos de te facimus. Pars tui, id eſt, manus vel pes. Sed pars tua,

Noſtrũ & veſtrum. quæ tibi debetur. Noſtrum autem & veſtrũ, ferè partitiuè accipiuntur: vt, Vnus noſtrum aut veſtrum. Rarò autem poſſeſsiuè. Cic. In humeris omnium noſtrum cohærebunt. Idem: Communem omnium noſtrum conditionem. Liuius: Alumnus omnium veſtrum. LICET ne addere pronomina poſſeſsiua quibuſlibet genitiuis hoc modo in diuerſo caſu? Minimè: ſed genitiuis duntaxat participiorum, & numerorum cardinalium: vt, Duorum, trium, &c. & his: Vnius, ſolius, ipſius, amborum, paucorum, multorum, omnium, cuiuſque. Alijs autem genitiuis rarò: vt, Refert mea, de vita periclitantis. Liuius: Noſter duorum euẽtus probabit, vtra gens bello ſit melior. Tuo ipſius ſtudio, id facilè effeceris. Meum ſolius peccatum corrigi non poteſt. Voluntati veſtræ omnium parui. Noſter cuiuſque animus. Cicero: Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. Boëthium autem ſic ſcribentem 1. Conſol. Solatur mœſti nunc mea fata ſenis, taxat Valla. Cicero tamen epiſtolarum libro XV. protulit ſimilem orationem, ſic inquiens: Sed moleſtè fero, me conſulem, tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe: te meũ, cùm id ætatis ſim, perſpicere non poſſe.

V. Regula. *Interrogatiuum & reſponſiuum, conueniunt in caſu:*
Vt, Cuius eſt? Petri aut ſororum. Quod eſt primum ſignum ingenij? Memoria.

Niſi conſtruantur cum parte quæ diuerſos exigat caſus:
Vt, Cuius eſt liber? Meus. Quanti emtæ? paruo. Quanti ergo? Octaſsibus.

Aut niſi conſtruantur cum diuerſis partibus:
Vt, Qualitas nominum in quo eſt? Bipertita eſt.

Coniunctio copulatiua & disiũctiua, & quàm, niſi, præterquàm, ſicut, quaſi, velut, & ſimiles, coniungunt pares caſus: VI. Regula

Vt, Socrates & Plato philoſophantur. Eſt Petri vel Pauli, Eſt fortior, quàm equus, Nemo eſt ſapiens, niſi bonus. Omnes erunt ſalui, præterquàm mali, aut præter malos.

Niſi caſus conſtruantur cum parte, quæ variam habeat conſtructionem:
Vt, Prædium eſt meum & fratris. Emtum tribus ſolidis & pluris. Meo atque hoſpitis præſidio. Boëth. Mulier viuido colore, atque inexhauſti vigoris. Plaut. Aio hoc fieri in Græcia & Carthagini. Cùm licuiſſet dicere, inexhauſto vigore, & Carthagine.

Verba infinita iunguntur quibuſdam verbis: VII. Regula.
Vt, Nititur præſtare. Studet metui. Amat videri diues. Pudet dicere. Etiam intercedente accuſatiuo: vt, Iube fratrem ſaluere. Intellexi parentes valere.

Et eorum participijs:
Vt, Auſus prouocare hoſtem, pugnare cupientem.

Et quibuſdam adiectiuis:
Vt, Dignus amari, celer ſequi. Cantare periti & cantare pares.

Quibuſdam etiam ſubſtantiuis, ſed id rarius:
Virgil. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros: id eſt, cognoſcendi. Idem: Et iam tempus, equûm ſpumantia ſoluere colla.

Non nunquam etiam nominaliter accipiuntur:
Vt, Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. Propter noſtrũ affirmare vel negare nihil mutatur in re. Et pro præterito imperfecto modi indicatiuì: vt, Nos pauidi trepidare metu: id eſt, trepidabamus. Ego flocci pendere: id eſt, flocci pendebam. Ponuntur quoque verba infinita, vt à nullo videantur pendere: vt, Hæccine fieri flagitia?

Aduerbium determinat verbum vel participium: VIII. Regula.
Vt, Feliciter docet. Non vulgariter eruditus. VEL nomen, vt, Homo egregiè impudens. Admodum puella. AVT etiam

etiam aliud aduerbium] vt, Nō admodum pulcrè. Parum lautè.

Nota. *Dictio æquiualens duabus in ſignificando, ſi apponatur vna earum, accipitur tantùm pro reliqua non appoſita:* Vt, Quicunque, id eſt, omnis qui. At ſi dicas, omnis quicunque, jam quicunq; ſolùm valet qui. Acceſsit preceptorem, id eſt, adijt. Sed acceſsit ad præceptorem, acceſsit tantùm valet, iuit.

DE CONSTRVCTIONE PARTIVM CVM SINGVLIS CASIBVS, ET PRIMO NOMINVM ET PRONOMINVM.

CAPVT II.

.i. partium .i. orationis. .i. conſtructionem. .i. manifeſtari.

H*Ic iubet ordo libri vocum regimen reſerari.*

Senſus. Hoc ſecundo capite tractatur de conſtructione, in qua connectũtur partes cum reſpectu determinati caſus: ac primùm de nominum connexione cum certi caſus exigentia, deinde & de ceterarum partium regimine, ſuo vt res exigit ordine.

.i. nomē vel pnomen ſubſtantiuum. .i. regit gtūm. .i. ſi talia ſubſtantiua ſignificent res diuerſas.

Nomina ſubſtantiua & pronomina. F*Ixum vult patrium, ſi res diuerſa notetur.* Sen. Cùm ſine coniūctione nectūtur duo ſubſtantiua res diuerſas ſignificantia, alterum illorum in genitiuo collocabitur. NOMEN ſubſtantiuum] vt, Arma Achillis. Vertex capitis. Comes Vlyſsis. Dyota vini veteris. Tēpus ſtudij. ETIAM propriū ſubaudiendo appellatiuum] vt, Deiphobe Glauci: ſupple filia. Euſebius Pamphili. ſup. amicus. Video huius Byrrhiā: ſup. ſeruū. ET eleganter nomina menſuræ] Iuuenalis: Quantū quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei. Horat. Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet Plus dapis, et rixæ multò minus, inuidiæq;. Multū eloquentiæ, prudentiæ parū. Reliquo noctis. Multo iam noctis ſerum auxilium venit. PRONOMINA] vt, Id ætatis. Id temporis. Eò loci res ſuas agit. Fuerat eodem loci. Pronomina ſunt eo & eodem, hoc modo cum verbis quietis conſtructa. Sin addideris verba motus ad locum,

Eò. Eodem. aduerbia erunt: vt, Eò peruenit. Eodem regredere. LOCO genitiui ponimus ſubinde deriuatiuum, & id quidē ſuo loco elegantius: vt, Aula regia, Regnum Saturnium, Caro bubula, pro aula regis, regnum Saturni, caro bouis. APVD vetuſtiſsimos verbalia in io ſuorum verborum conſtructionem ſequi non nū-

Verbalia in io. quàm inueniuntur. Plautus: Quid me vobis tactio eſt? Idē: Quid tibi huc ventio eſt? Quid tibi hanc aditio eſt?

Totum

.i.nomē vel pronomē totius. .i.regit. .i.nomen vel pronomen ſubiecti.

Totum dat partem , ſubiectum proprietatem Subiectum Totum.

.i.in genitiuo. ꝑ vel.i.in abltō. ſed.

In patrio aut ſexto : aſt adiectiuo mediante.

Sen. Nomen vel pronomē totius, regit dictionē partis vel in genitiuo vel in ablatiuo, idque mediante adiectiuo. Sic & nomen vel pronomen ſubiecti, regit dictionem proprietatis aut in genitiuo aut in ablatiuo, intercedente adiectiuo. TOTVM dat partem.] vt, Populus duræ ceruicis, vel dura ceruice. Vir maximi naſi, vel maximo naſo. Ille deformis faciei, vel deformi facie.

SVBIECTVM propri.] Puer bonæ indolis, vel bona indole. Femina turpis formæ. Femina turpi forma. Ille corruptis moribus. Illa vultu placido. Beati mundo corde: ſupple homines.

QVANDOQVE etiam ſine adiectiuo] vt, Lupus magnitudine canis. Laurus altitudine quercus. Heic notabis oratores potiùs loqui per ablatiuum, quàm per genitiuum. Nota. Proprietas hoc loco dicitur accidens, quod inhæret ſubiecto, quod extra ipſum ſubſiſtere nō poteſt: vt, Albor, forma, bonitas. Proprietas Subiectū verò, illud cui accidens ineſt: vt, Paries eſt ſubiectum alboris, femina formæ, homo bonitatis. Subiectū. NOMEN ſubſtantiuum quandoque conſtruitur cum ablatiuo modi: vt, Magiſter nomine. Regula. Doctor titulo. Reidiota. Sum tibi natura pater, præceptor cōſiliis. Matthæus nomine. Cæſar cognomine. Nomen eſt ipſum principale ſeu proprium nomen: vt, Paulus, Iulius, Tullius. Nomen. Prænomen, quod proprio nomini honoris cauſſa præponitur: vt, Marcus, Prænomē. cùm ſic dicitur M.T.Cicero. Item C. ſi ita dixeris. C. Iulius Cæſar. Cognomen, eſt familiæ nomen: ſic dictum, quaſi cognationis nomen: vt, Cæſar, Cicero. Cognomē. Agnomē, quod ab euentu ſeu accidente eſt impoſitum: vt, Africanus, ab Africa deuicta. Agnomen. Criſpus, à criſpitudine capillorum. Hæc tamen differentia inter Cognomen & Agnomen interdum confunditur, & ponuntur eleganter in eodem caſu cum principali nomine.

ſ.à verbo trāſitiuo deſcendens, & actiuè expoſitū. ſ.poſitum .i.vicē noīs. .i.participium.

Nomen verbale , pro nomine participansq́ue; Adiectiua verbalia.

ſup.nomina & participia.

Hæc genitiua regunt, vt amans, cupidus quoque vini.

Sen. Adiectiua à verbis tranſitiuis deſcendentia, actiuè expoſita: itemque participia nominum loco poſita, exigūt genitiuum.

APPENDIX. His iunguntur & alia quædam adiectiua, de quibus etſi incertum ſit, verbalia ſint néc ne: tamen quia verbalibus ſignificatione ſimilia ſunt, vnà cum indubitatis verbalibus poſcunt genitiuum. NOMEN verbale] vt, Nuntius veri: id eſt,

Verbalib' ſignificatione ſimilia. eſt, qui nunciat verum. Mens ſibi conſcia recti. Memor noſtri. Particeps lucri. Timidusque procellæ. Potio opitulatiua alui. Laudis auidus, id eſt, cupidus, ab aueo aues. Securus amorum, id eſt, non curans amores. Militaris rei callidus, id eſt, rem militarē callens. Tempus edax rerum. Vtilium ſagax rerum. Ager frumentiferax. Omnium doctrinarum ſtudioſus. Nemorum ſtudioſus. Prodigus æris. Præſaga mali mens. Veteris non parcus aceti. ITEM verbalibus ſignificatione ſimilia] vt, Compos voti, id eſt, voto potitus. Vix ſum compos animi. Non adeò imprudens ætatis. Armorum & militiæ ignarus, id eſt, inſcius. Eius rei ignarus, id eſt, neſcius. Iuriſque peritus Apollo, ab antiquo verbo perior, à quo & experior. Macro. Hippocrates experimenti certus. Vſitatius tamen per comparatiuum: Fac tuarum me rerum certiorem. PARTICIPIVM vice nominis] vt, Patiens laboris, Fugitans litium, Metuens virgæ. Sall. Alieni appetens, ſui profuſus, Doctus pilæ, Iuris conſultus. Expertus rei militaris. Hor. Non incauta futuri. HAEC verbalia in eadem ſignificatione admittunt non nunquàm etiã alios obliquos, diuerſa tamen ratione. DATIVVM. Ouid. Conſcia delicijs illa fuêre meis. Plaut. Ne conſcij ſint maleficijs ſuis, pro deliciarum & maleficiorum, ratione præpoſitionis con. Prouidus rebus ſuis. Improuidus conſilijs, Ratione damni aut vtilitatis. ACCVSATIVVM] vt quę vim obtinent participiorum: vt, Ignarus vel præſcius futura, id eſt, ignorans & præſciens. Non ſum id neſcius. Turpil. At enim ſcies quæ fuiſti neſcius. Varro: Operarios agriculturam dociles. Apud Gellium: Populabundus agros. Liuius: Vitabundus caſtra hoſtium. Gellius: Homo ſanè pleraque alia non indoctus neque imprudens. Item peroſus opes. Exoſus bella, id eſt, odio habens. Nam accuſatiuo magis gaudent, quanquam Boëthius vitæ huius exoſa ſcripſit. Et Liuius: Ridēdi exoſus. Gellius: Exoſus paſſiuè cum datiuo: vt, Dijs exoſus. ABLATIVVM] vt, Iure peritus. Plautus: Vino non cupidæ eſtis. Liuius: Præda compotem. Proper. Non potuit cæcis immemor eſſe locis. Plin. Villa vſibus capax, non ſumtuoſa. Virg. Illa ferax oleo. Ouid. Terra ferax Cereris, multoque feracior vuis: Per regulam, Mobile ſignificans proprium, iunget ſibi ſextum; Aut inſtru. &c. niſi dixeris eſſe Antiptoſim.

Compos. Imprudēs. Ignarus. Peritus. Incautus. Conſcius. Prouidus. Ignarus. Præſcius. Neſcius. Docilis. Populabundus. Vitabundus. Imprudēs. Peroſus. Exoſus. Peritus. Cupidus. Compos. Memor. Capax. Ferax.

.i. dictiones partitiuè acceptæ. .i. genitiuũ pluralē nominis non collectiui, vel genitiuũ ſingularē nominis collectiui.

Partitiua, regunt genitiuum plura notantem.

Partitiua. Sen. Dictiones partitiuæ genitiuos adſciſcunt, vel pluraleis nominum non collectiuorum, vel ſingulareis collectiuorũ. PRIMO, ſigna vniuerſalia & particularia] VNIVERSALIA] vt, Nullus vel nemo iſtorum. Quiſque huius nationis. Vterque oculorum

lorū. Neutra manuum. Plin. Non omnibus animaliū ſunt oculi.

PARTICVLARIA] vt, Quidā amicorū. Pleriq; propinquorum. Aliquis, quilibet, quiuis, quiſquā illorū. SECVNDO, interrogatiua] vt, Quis digitorū eſt longiſsimus? Vter oculorum eſt dexter? Vtra manuū eſt fortior? Vtrum horū mauis accipe. Nam vter ſemper quærit inter duo tantùm, & comparatiuo iungitur. Quis verò frequentiùs inter plura cum ſuperlatiuo. DIXI, frequētius.] Nā Perſius de Ioue & Staio: Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis? TERTIO, numeralia, cardinalia, & ordinalia. CARDINALIA] vt, Duo vel tres ſacerdotum. ORDINALIA] vt, Quintus Regū Romanorū. Sapientū ſextus. QVARTO, cōparatiuus & ſuperlatiuus partitiuè accepti] vt, Manuum mearum fortior eſt dextra. Horū duorū doctiùs ſcribit Petrus. Digitorum longiſsimus eſt medius. Peſsimè omnium dixit, qui omnium optimè fecit. Habet autem cōparatiuus partitiuè acceptus locū inter duo tantùm. Superlatiuus verò inter plura. Primus tamen etiā de duobus dictum legitur. Cic. Duo quidē nominatim rogo, Primùm vt ſi quid ſatiſdandū erit, &c. Sueto. in Augu. Ad modum priſtinum redegit duabus lectionibus: prima ſuorum arbitratu, ſecūda ſuo & Agrippæ. Sicut & cōparatiuus non nunquā de pluribus. Liuius: Sextus filius eius, qui minor ex tribus erat, transfugit ex cōpoſito Gabios. QVINTO, quędā alia adiectiua] Plinius: Hirundo ſola auium nō niſi volatu depaſcitur. Idē: Terreſtrium ſolus homo eſt bipes. Idē: Vulturum præualent nigri. Idē: In capite paucis animalium niſi volucribus ſunt apices. Virgilius: Sequimur te ſancte Deorū: id eſt, ſanctiſsime. Ennius: Reſpōdit Iuno Saturnia, magna Dearū: id eſt, maxima. SEXTO, ſubſtantiua.] Boëthius: Quorum Baſilius olim regio miniſterio depulſus. Plinius: Quadrupedū talpis viſus nō eſt. SEPTIMO, pronomina.] In Ethicis Ariſt. Laudam' quidem iuuenum eos, qui ſunt verecundi. OCTAVO, quædam aduerbia loci.] quæ adſciſcunt præſertim hos genitiuos, locorū, terrarū, & gentiū: vt, Vbicunq; locorū viuitis. Vbi terrarum ſumus? Vbinā gentiū? Nuſquā gentiū. Abeat multò malo quouis gentium. Quoquo aſportabitur terrarū, certum eſt perſequi.

Marginalia: II. — Vter. — Quis. — III. — IIII. — Primus. — V. — Poſitiuus ſuperlatiui vice. — VI. — VII. — VIII.

PARTITIVA autē dicuntur, quæ partitionē ſignificant, ſeu diuiſionē vnius, aut pluriū ex multitudine quapiā, & exponuntur per de vel ex: vt, Pauci noſtrorū cecidere: id eſt, pauci de noſtris, vel ex noſtris. ADIECTIVVM partitiuū conformatur genitiuo multitudinis in genere: vt, Vnus fratrū, Aliqua ſororū. Niſi ad aliud referatur ſubſtantiuū: vt, Optimus plebis, Opulentiſsimus ciuitatis: ſupple homo. Leo fortiſsimus beſtiarū. Tu pulcerrime rerū. Hor. Quid agis dulciſsime rerū? ſupple tu. Plin. Velociſsimus animaliū lepus. QVOD autem ſcripſit Terentius, Hunc

Marginalia: Partitiua.

oculis ſuis noſtrarũ quiſquã nunquam vidit. Et rurſum: Quãdo neq; te quiſquã illarũ nouit. nihil obſtat: nã apud vetuſtiſsimos Quis, quiſquã, quiſq;, &c. cõmunis erãt generis, vt apud Plautũ quoq;. Quod neq; ego habeo, neq; quiſquã alia mulier. PORRO in his, Quantaris aliud continuũ, aliud diſcretum. Calidiſsimum hominis eſt cor: ſubſtantiua ſunt aliud & calidiſsimum.

Quiſquã.

.i.regit. .i.comparatiuus gradus. .i.ablatiuum. pro quãdo. .i.tenetur comparatiuè.

Comparatiuus comparatiuè tentus.

Datq́ue gradus medius ſextum, dum comparat aptè.

Sen. Cõparatiuus comparatiuè tentus, ablatiuo ſeruit. Dicitur autẽ cõparatiuus teneri cõparatiuè, quãdo exponitur per quàm: vt, Doctior Ariſtotele: id eſt, quàm Ariſtoteles. Ditior fratribus. Triſtior ſolito. Aſſecutus plura fide, ſpe, opinione: id eſt, plura quàm fides, ſpes, opinio eſt. Dicto citiùs. Loquacior impendio: id eſt, plus quàm deceat. Et aduerbia comparatiua: vt, Acceſsit propius te: id eſt, quàm tu. Melius te dicit. INVENITVR quoque comparatiuus cum datiuo conſtructus loco ablatiui. Salluſtius 11. Hiſt. Nulla arte cuiquam inferior: pro quoquã. Plin. de Pado: Nulli amnium claritate inferior: pro nullo.

.i.quemcumque caſum. ſup. gradus. .i.regit. .i.exigũt, ſ. eundẽ caſũ. cõparatiuus i. etiã. & ſuplatiuus.

Quem caſum poſitiuus habet, poſcunt quoque nati.

Sen. Quemcunque caſum exigit poſitiuus, eundem exigunt & comparatiuus & ſuperlatiuus: vt, Diues, ditior, & ditiſsimus auri vel auro. Similis, ſimilior, & ſimillimus tui, vel tibi. Cupientior famæ quàm auri. Cupientiſsimus tui. In aduerbijs quoque & præpoſitione: vt, Propè vrbem, propius & proximè vrbem. Similiter, ſimilius & ſimillime illius, aut illi. EX HIS colligitur, comparatiuum & ſuperlatiuũ, partitiuè ſi accipiãtur, admittere non nunquã duos genitiuos: alterũ virtute propria, alterũ virtute poſitiui: vt, Omniũ ditiſsimus auri. Comparatiuũ itẽ acceptum cõparatiuè, admittere duos ablatiuos: vt, Nihil præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. DE conſtructione graduum comparationis quatuor dantur præcepta.

I. Quàm pro valde.

PRIMVM præceptũ. Quàm pro valdè frequentius & elegãtius iungitur ſuperlatiuo: vt, Quàm doctiſsimus, quàm celerrimus: id eſt, valdè doctus, valdè celer. Vel etiam poſitiuo, ſed non niſi cũ per, oppidò, ſanè, admodum, valdè, nimis vel mirè: vt, Perquàm bonus, perquàm doctus, oppidò quàm libens. Sanè quàm grauiter ac moleſtè tuli. Sanè quàm gauiſus ſum. Voce admodũ quàm ſuaui. Seruos valdè quàm paucos habet. Nimis quàm impium. Gell. quòd Græcũ mirè quàm ſuaue eſt. Dixi frequentiùs & elegãtiùs] quia quãuis aliter locutos interdũ legimus auctores, frequẽtiùs tamen & elegãtiùs hoc modo locuti ſunt. Sed

Perquàm.

quàm

quàm pro quantũ poſitiuo iũgitur, & quãdoq; etiã cõparatiuo, Quàm pro
nunquã verò ſuperlatiuo: niſi iungãtur tã & quã, & niſi addan- quantum.
tur hæc verba, poſſum, queo, valeo, & ſimilia. POSITIVO] vt,
O quàm glorifica luce coruſcas. Quàm bonus Iſraël Deus. Te-
rent. Tu ſcis quàm intimũ te habuerim. Vbi intimus vice poſiti-
ui ponitur. COMPARATIVO] vt, Quàm doctior eſt Ariſtotele
Plato: id eſt, quãto doctior. Noſti quàm pluris facio quod hone-
ſtũ eſt, quàm quod vtile. Virgil. Tã magis illa tremẽs & triſtibus Quàm &
efféra flãmis. Quàm magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ: id Tam.
eſt, tãtò magis & quãtò magis. Sed id rarius per cõparatiuũ, ſi iũ
gantur tã & quàm. Sæpius autẽ tã & quàm cõiuncta cũ ſuperla
tiuo ponũtur teſte Valla. Varro de canibus: Quàm pauciſsimos
relinques, tã optimi in alẽdo fiẽt. Cato: Quàm acerbiſsima olea
erit, tã oleũ erit optimũ. Sall. Quàm quiſq; peſsimè fecit, tã maxi Quàm pro
mè tutus eſt. Poſſes & heic pro tã & quàm elegãter ponere, vt, et vt.
ita. SVPERLATIVO cũ verbis poſſum, queo, valeo, &c.] vt, Di
cam quàm breuiſsimè potero, vel vt potero breuiſsimè. Feci id
quàm maxima potui celeritate: vel, vt maxima potui celeritate:
vel etiã quanta maxima potui celeritate. SECVNDVM. Per, pro II.
valde iungitur poſitiuo, nõ ſuperlatiuo: vt, Perdoctus, perpulcer. Per pro valde.
Non autem dicimus perdoctiſsimus, perpulcerrimus. Similiter Præ.
præ per compoſitionem non nunquam poſitiuo iungitur: vt, Multò.
Præpotens, prædiues. TERTIVM. Multò & Longè tam Longè. III.
comparatiuo quàm ſuperlatiuo iunguntur: vt, Multò doctior,
& longè doctior. Multò optimus & longè optimus. QVAR- IIII.
TVM. Quiſque frequentius ſuperlatiuo poſtponitur, vel nu- Quiſque.
mero ordinali, vel poſitiuo carenti ſuperlatiuo: his item no-
minibus, vnus, quotus, plus, & ſtrenuus: vt, Optimus quiſque,
prudentiſsimus quiſque. ETIAM in eodem caſu] vt, Ma-
xima quiſque virtute debet hoſtibus reſiſtere. Maximo quiſque
animo calumniatores deſpicit. NVMERO ordinali] vt, Ter-
tius quiſque, quartus quiſque. Centeſimo quoque anno iubi-
leum agimus. POSITIVO carenti ſuperlatiuo] vt, Singu-
laris quiſque. Nam ſingulariſsimus, quo plerique ſemidocti
vtuntur, non reperitur, ſicut nec ab vnico reperitur vniciſsimus.
VNVS] vt, Vnuſquiſque. Quotus] vt, Quotuſquiſque: ita pius
quiſque & ſtrenuus quiſq;. ILLVD quoq; notandũ, quòd quiſ-
que genitiuum pluralem non habet adiectiuo præſertim iun-
ctum, ideo vtimur genitiuo ſingulari pro plurali: vt, Optimi cu-
iuſque animus: id eſt, bonorum omnium. Quòd autem ſubin-
de auctores inueniuntur contra hanc præceptionem, quiſq; iun-
xiſſe etiam alijs poſitiuis, perrarum eſt: minuſque habet elegan-
tiæ. Cunctus verò poſitiuo iungitur: vt, Cunctus bonus virtu- Cunctus.
tem amore complectitur. Omnis poſitiuo vel comparatiuo: vt, Omnis.

oculis ſuis noſtrarũ quiſquã nunquam vidit. Et rurſum: Quãdo neq; te quiſquã illarũ nouit. nihil obſtat: nã apud vetuſtiſsimos

Quiſquã. Quis, quiſquã, quiſq;, &c. cõmunis erãt generis, vt apud Plautũ quoq;. Quod neq; ego habeo, neq; quiſquã alia mulier. Porro in his, Quantatis aliud continuũ, aliud diſcretum. Calidiſsimum hominis eſt cor: ſubſtantiua ſunt aliud & calidiſsimum.

.i.regit. .i.comparatiuus gradus. .i.ablatiuum. pro quãdo. .i.tenetur comparatiuè.

Comparatiuus comparatiuè tentus.

Datq́ue gradus medius ſextum, dum comparat aptè.

Sen. Cõparatiuus comparatiuè tentus, ablatiuo ſeruit. Dicitur autẽ cõparatiuus teneri cõparatiuè, quãdo exponitur per quàm: vt, Doctior Ariſtotele: id eſt, quàm Ariſtoteles. Ditior fratribus. Triſtior ſolito. Aſſecutus plura fide, ſpe, opinione: id eſt, plura quàm fides, ſpes, opinio eſt. Dicto citiùs. Loquacior impendio: id eſt, plus quàm deceat. Et aduerbia comparatiua: vt, Acceſsit propius te: id eſt, quàm tu. Melius te dicit. Invenitvr quoque comparatiuus cum datiuo conſtructus loco ablatiui. Sallustius 11. Hiſt. Nulla arte cuiquam inferior: pro quoquã. Plin. de Pado: Nulli amnium claritate inferior: pro nullo.

.i.quemcunque caſum. ſup. gradus. .i.regit. .i.exigũt, ſ. eundẽ caſũ. i.etiã. & ſuplatiuus. cõparatiuus

Quem caſum poſitiuus habet, poſcunt quoque nati.

Sen. Quemcunque caſum exigit poſitiuus, eundem exigunt & comparatiuus & ſuperlatiuus: vt, Diues, ditior, & ditiſsimus auri vel auro. Similis, ſimilior, & ſimillimus tui, vel tibi. Cupientior famæ quàm auri. Cupientiſsimus tui. In aduerbijs quoque & præpoſitione: vt, Propè vrbem, propius & proximè vrbem. Similiter, ſimilius & ſimillime illius, aut illi. Ex his colligitur, comparatiuum & ſuperlatiuũ, partitiuè ſi accipiãtur, admittere non nunquã duos genitiuos: alterũ virtute propria, alterũ virtute poſitiui: vt, Omniũ ditiſsimus auri. Comparatiuũ itẽ acceptum cõparatiuè, admittere duos ablatiuos: vt, Nihil præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. De conſtructione graduum comparationis quatuor dantur præcepta.

1. Quàm pro valde.

Primvm præceptũ. Quàm pro valdè frequentius & elegãtius iungitur ſuperlatiuo: vt, Quàm doctiſsimus, quàm celerrimus: id eſt, valdè doctus, valdè celer. Vel etiam poſitiuo, ſed non niſi cũ per, oppidò, ſanè, admodum, valdè, nimis vel mirè: vt, Perquàm bonus, perquàm doctus, oppidò quàm libens. Sanè quàm grauiter ac moleſtè tuli. Sanè quàm gauiſus ſum. Voce admodũ quàm ſuaui. Seruos valdè quàm paucos habet. Nimis quàm impium. Gell. quòd Græcũ mirè quàm ſuaue eſt. Dixi frequentiùs & elegãtiùs] quia quãuis aliter locutos interdũ legimus auctores, frequẽtiùs tamen & elegãtiùs hoc modo locuti ſunt. Sed

Perquàm.

quàm

quàm pro quantũ poſitiuo iũgitur, & quãdoq; etiã cõparatiuo, Quàm pro
nunquã verò ſuperlatiuo: niſi iungãtur tã & quã, & niſi addan- quantum.
tur hæc verba, poſſum, queo, valeo, & ſimilia. POSITIVO] vt,
O quàm glorifica luce coruſcas. Quàm bonus Iſraël Deus. Te-
rent. Tu ſcis quàm intimũ te habuerim. Vbi intimus vice poſiti-
ui ponitur. COMPARATIVO] vt, Quàm doctior eſt Ariſtotele
Plato: id eſt, quãto doctior. Noſti quàm pluris facio quod hone-
ſtũ eſt, quàm quod vtile. Virgil. Tã magis illa tremẽs & triſtibus Quam &
effera flãmis. Quàm magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ: id Tam.
eſt, tãtò magis & quãtò magis. Sed id rariùs per cõparatiuũ, ſi iũ
gantur tã & quàm. Sæpius autẽ tã & quàm cõiuncta cũ ſuperla
tiuo ponũtur teſte Valla. Varro de canibus: Quàm pauciſsimos
relinques, tã optimi in alẽdo fiẽt. Cato: Quàm acerbiſsima olea
erit, tã oleũ erit optimũ. Sall. Quàm quiſq; peſsimè fecit, tã maxi Quàm pro
mè tutus eſt. Poſſes & heic pro tã & quàm elegãter ponere, vt, et vt.
ita. SVPERLATIVO cũ verbis poſſum, queo, valeo, &c.] vt, Di
cam quàm breuiſsimè potero, vel vt potero breuiſsimè. Feci id
quàm maxima potui celeritate: vel, vt maxima potui celeritate:
vel etiã quanta maxima potui celeritate. SECVNDVM. Per, pro II.
valde iungitur poſitiuo, nõ ſuperlatiuo: vt, Perdoctus, perpulcer. Per pro
Non autem dicimus perdoctiſsimus, perpulcerrimus. Similiter valde.
præ per compoſitionem non nunquam poſitiuo iungitur: vt, Præ.
Præpotens, prædiues. TERTIVM. Multò & Longè tam Multò.
comparatiuo quàm ſuperlatiuo iunguntur: vt, Multò doctior, Longè.
& longè doctior. Multò optimus & longè optimus. QVAR- III.
TVM. Quiſque frequentius ſuperlatiuo poſtponitur, vel nu- IIII.
mero ordinali, vel poſitiuo carenti ſuperlatiuo: his item no- Quiſque.
minibus, vnus, quotus, plus, & ſtrenuus: vt, Optimus quiſque,
prudentiſsimus quiſque. ETIAM in eodem caſu] vt, Ma-
xima quiſque virtute debet hoſtibus reſiſtere. Maximo quiſque
animo calumniatores deſpicit. NVMERO ordinali] vt, Ter-
tius quiſque, quartus quiſque. Centeſimo quoque anno iubi-
leum agimus. POSITIVO carenti ſuperlatiuo] vt, Singu-
laris quiſque. Nam ſingulariſsimus, quo plerique ſemidocti
vtuntur, non reperitur, ſicut nec ab vnico reperitur vniciſsimus.
VNVS] vt, Vnuſquiſque. Quotus] vt, Quotuſquiſque: ita pius
quiſque & ſtrenuus quiſq;. ILLVD quoq; notandũ, quòd quiſ-
que genitiuum pluralem non habet adiectiuo præſertim iun-
ctum, ideo vtimur genitiuo ſingulari pro plurali: vt, Optimi cu-
iuſque animus: id eſt, bonorum omnium. Quòd autem ſubin-
de auctores inueniuntur contra hanc præceptionem, quiſq; iun-
xiſſe etiam alijs poſitiuis, perrarum eſt: minuſque habet elegan-
tiæ. Cunctus verò poſitiuo iungitur: vt, Cunctus bonus virtu- Cunctus.
tem amore complectitur. Omnis poſitiuo vel comparatiuo: vt, Omnis.

Omnis bonus, & omnes boni. Quinct. Seruulos penates & omnia vtiliora.

.i.regũt genitiuũ vel ablatiuũ. .i.adiectiua plenitudinis,inopiæ,& carẽtiæ.

Dant patrium aut ſextum tibi plenus, inopsq́;,carẽsq́;.

Plenitudinis. Inopiæ. Carentiæ. Plenus. Diues. Fecundus. Locuples. Satur. Fertilis. Vber. Felix. Onuſtus. Inops. Egenus. Indigus. Sterilis.

Sen. Adiectiua,ſeu copiã, ſeu inopiã, ſeu carentiã ſignificantia, genitiuos poſtulant:plerunq; tamẽ pro genitiuis admittunt ablatiuos. PLENITVDINIS]vt,Stultorũ plena ſunt oĩa, vel ſtultis. Plenũ gratia & veritate. Inſula diues opũ. Horat. Diues agris, diues poſitis in fenore nummis. Fecunda culpæ ſæcula. Vberibus fecundus aquis. Pecuniæ ſatis locuples, vel pecunia. Omniũ rerũ ſatur. Ouid. Ambroſiæ ſucco ſaturos. Fertilis frugũ,pecoriſq́ue tellus. Fertilis frumẽti vel to. Riui vberes lactis, vel lacte. Felix nemorũ, & nemoribus. Aula auri onuſta. Nauis onuſta frumẽto. INOPIAE]vt, Aeris inops,vel ære. Seuit inops animi,vel animo. Omniũ egenus,vel omnibus. Terra ſuis cõtenta bonis, nõ indiga mercis. Virtutũ ſterile ſæculũ. SED hæc plenitudinis & inopiæ nomina ſæpius cũ genitiuo cõſtructa inueniũtur.

Vacuus. Vanus. Irritus. Inanis. Orbus. Liber. Immunis. Nudus. Integer. Purus. Rudis. Expers. Captus. Exſul. Extorris. Viduus.

CARENTIAE]vt, Ager frugũ vacuus. Vacuus cura,vel anxietate,vel à cura,&c. Aut ego veri vana feror. Stat. Nunquã manus irrita voti. Ouid. Sanguinis atq; animæ corpus inane fuit. Luminis orbus. Puerisq́; parẽtibus orbi. Orbus,id eſt,priuatus propriè re cara. Libera fortunæ mors eſt. Liber habenis,vel ab habenis. Huius mali immunis. Immunis militia,id eſt,liber ſeu exemtus. Nudus opũ. Sil. Nec nudus virtute Syphax. Hor. Integer vitæ,ſceleriſq́; purus. Græcarũ litterarũ rudis. Expertes rationis ſunt equi,& reliquæ pecudes. Captus mẽte:id eſt, amens. Captus oculis,id eſt,cæcus. Exſul mentiſq́; domuſq́;. Exſul patria. Extorris regni. Extorris patria, id eſt, exſul. Horat. Viduus pharetra riſit Apollo. Viduus teli,id eſt,priuatus. Pluſcula ſupellectile opus eſt. Ouid. Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. Caſus ineſt illic,heic erit artis opus. Iungitur nominatiuo quoq;. Cicero: Dux nobis,& auctor opus eſt. Nõ eſt opus bene valentibus medicus, ſed male habentibus. Et accuſatiuo. Cicero: Dices nũmos mihi opus eſſe ad apparatũ triumphi. Idẽ: Video mihi opus eſſe viaticũ. Sed nominatiuus pendet ab eſt,accuſatiuus ab eſſe. Plaut. tamen accuſatiuũ poſuit ſine infinitiuo. Puero opus eſt cibum. Eſt autẽ opus in hac ſignificatione tantùm caſus nominatiui cum verbo eſt, vel accuſatiui cũ verbo eſſe. Vix autẽ cũ verbo habeo:vt, Dicite quia dominus his opus

Opus.

habet. Ita quoq; eſt Eraſmus aliquãdo locutus. Opus habent ijs. Similiter vſus pro opus. Plaut. Viginti iã vſus eſt filio argenti minis. Et apud eundẽ ſæpius. Et apud Gelliũ: Pecuniã qua ſibi nihil eſſet vſus, ab ijs quibus ſciret vſui eſſe non accipere. Itẽ cum

Vſus. Reus.

accuſatiuo. Plaut. Ad eã rem vſus hominẽ aſtutum. REVS genitiuum

tiuum plerunq; adſciſcit: vt, Catilina repetundarum reus. Reus ambitus. Reus capitis, ſicut Accerſitus capitis. Reus voti, qui aliquid vouit. Quod aũt legitur rei, Legib' rei, Reus iudicio, reus conſilio, videtur eſſe alia ratione, vt ſit ablatiuus modi. ADIECTIVA quãdoq; figuratè cõſtruuntur cũ genitiuo loco ablatiui, more Græcorũ: qui carẽtes ablatiuo, vtũtur genitiuo, vbi Latini ablatiuo: vt, Confuſus atq; incertus animi, pro animo. Integer vitæ, pro vita. Feſsi rerũ, pro feſsi rebus. Aeui maturus: id eſt, æuo. Genitiuus pro ablatiuo.

ſup. nomen adiectiuum. .i. vtilitatẽ. ſup. tu. .i. cũ datiuo.

Damnum ſignificans aut vtile pone datiuo.

Sen. Adiectiua damnum vel vtilitatẽ ſignificãtia, datiuos adſciſcunt. DAMNVM] vt, Grauis hoſti. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Aduerſus nemini. Rẽ tibi permoleſtã ſcio, mihi pernicioſam. Damni.
VTILE] vt, Gratus omnibus. Vtilis mihi. Cõmodus ſociis. Cunctis eſto benignus. Nemini blandus. Paucis familiaris. Omnibus æquus. Sis bonus ô felixq; tuis. Rũpitur inuidia quòd ſum iucundus amicis. Adfers conſilium admodum mihi ſalutare. Vtilitatis.
Hæc adiectiua, Obuius, inuius, peruius, imperuius, præuius, ſimiliter cum datiuo conſtruuntur: vt, obuius mihi. Inuia virtuti nulla eſt via. Domus eſt imis in vallibus antri Abdita, Sole carens non vlli peruia luci. Eſt ratibus magnis imperuia Tethys. Ouidius: Præuius Auroræ Lucifer ortus erat. Obuius. Inuius. Peruius. Præuius.

ſ. logicum, & adiectiuum, præſertim
.i. regit. proximitatis & contrarietatis.

Datq ue relatiuum genitiuum ſiue datiuum.

Sen. Relatiuum iuxta dialecticum, ſi adiectiuum fuerit, præſertim proximitatis aut contrarietatis, vel genitiuũ admittit vel datiuum: vt, Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patris. Luca. Quem metuis par huius erat. Terentius. Illarum rerum affines, quas fert adoleſcentia. Ius humani generis proprium, vel humano generi. Superſtes morientium, vel morientibus. Fluuij huius finitimi. Cic. Eſt finitimus oratori poëta, Id eſt, cõmune omniũ, vel omnibus. Eſt mihi communetecum, & cum ceteris. Conformes imaginis filij Dei. vel potius imagini. Apul. Prædicti iugi conterminos locos. Ouid. Gelido contermina fonti. Virg. Præterea Regina tui fidiſsima, dextra Occidit ipſa ſua. Sed fidus potiùs cũ datiuo. Relatiuum logicum.
Duplex eſt relatiuum. Grammaticum, quod refert rem prius dictam: vt, Qui, is, ſuus, ipſe, ſui, talis, qualis, tãtus, quantus, tot, quot, &c. Et logicũ, quod refertur ad correlatiuum, ſine quo eſſe non poteſt. Quod ſi eſt adiectiuum, admittit genitiuum vel datiuũ, per hanc regulam. Sin ſubſtantiuũ: vt, Pater, filius, dominus, ſeruus, genitiuũ tantùm, per regulam, Fixum dat patrium. Duplex Relatiuũ.

Multa quoque adiectiua cum co, vel con, compoſita ſimiliter datiuum admittunt, cùm pleraque eorum ſint relatiua: vt, Voces

Cum co vel con cõpoſita.

ces ſibi conſonæ. Concors tibi. Concolor coruo. Cognominis mihi. Vxorem duxit, moribus ſuis conſentaneam.

ſup. deſinentia. ſup. nomina verbalia. .i. in oſus.

In bilis aut in dus verbalia, pauca per oſus

.i. regunt datiuos. .i. ſi paſsiuè exponãtur. & deſcendant à verbis tranſitiuis.

Dant ternos, paſſiua, à verbis tranſitionis.

Sen. Nomina in bilis, aut in dus, cũq; his pauca in oſus terminata, à verbis tranſitiuis deducta, paſsiuè expoſita, poſcunt datiuos. Bilis] vt, Abominabile Domino cor prauum. Suſurrones & detractores Deo odibiles. Multis ille bonis flebilis: id eſt, deflebilis. Horat. Hic tibi ſit potius, quàm tu mirabilis illi. Superis habitabile ſaxũ. Dus] Ouid. Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper, Multaque diuitibus non patienda ferat. Idem: Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus. Stat. Lugendus fratri iuuentus Thebane iaceres. Sunt autem hæc in dus, ſi hoc modo dicant officium ſine tempore, nomina: ſin declarentur per verba paſsiua futuri temporis modi indicatiui, participia ſunt: vt, Amandus, qui amabitur. Osvs] vt, Etiam proximo ſuo pauper eſt odioſus. Sẽper Regibus aliena virtus eſt formidoloſa. Dicitvr in littera, paſsiua] id eſt, paſsiuè expoſita. Nam ſi actiuè exponantur, genitiuũ exigunt nõ datiuũ: vt, Subſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorũ: id eſt, apta ſuſcipere contraria. Cupidus ludi, qui cupit ludũ, per regulam, Nomen verbale. Dicitvr itẽ, à verbis tranſitionis] Nã ab abſolutis deſcendentia, non admittunt datiuũ huius regulæ: vt, Stabilis, calidus, frigidus, &c. Huius regulæ datiuus ſemper eſt reſolubilis in ablatiuũ, mediante prepoſitione à vel ab: vt, Amabilis mihi: id eſt, aptus amari à me. Colendus nobis, id eſt, à nobis. Alioqui hæc in bilis aut in dus verbalia etiam paſsiuè expoſita, cum genitiuo quandoque conſtructa leguntur. Sil. Vaniloquũ Celtæ genus, & mutabile mentis: id eſt, quod facilè mutat mentem.

Bilis.

Dus.

Oſus.

.i. adiectiuum. ſupple abſolutum aut paſsiuum. ſignificans. ſup. quæ ineſt parti.

Mobile, vel verbum deſignans proprietatem,

.i. attributum. .i. accuſatiuum .i. abltũm. .i. dabit. reget. ſ. per ſynecdochen.

Adiunctum toti, quartum aut ſextum dato partis.

Synecdoche.

Sen. Adiectiua toti attributa, itemque verba tum abſoluta tum paſsiua proprietatem deſignantia, vel accuſatiuo deſeruiunt vel ablatiuo partis, per Synecdochẽ. Adiectiuum. Virg. Nuda genu. Idem: Os humeroſque Deo ſimilis. Salluſt. C. Antonius pedibus æger, prælio adeſſe nequibat. Cor. Taci. Frigidus iam artus. Idem: Nudæ brachia ac lacertos. Suet. Hirſutus cetera. Ver-

BVM abſolutum]vt, Dolet caput vel capite. Candent dentes, vel dentibus. Aegrotat animo magis, quàm corpore. PASSIVVM] Diſcrutiatur animum, vel animo. Eruiturq́; oculos. Faciem mutatur & ora Cupido. EST quãdo accuſatiuus aut ablatiuus ſignificat non partẽ, ſed aliquid parti adiacẽs, aut aliud quippiã. Virg. Perfuſus ſanie vittas, atroque veneno. Idem: Afra genus. Ouid. Graius vterque genus. Rurſum Virgil. Qui genus? Vnde domo? Poëtæ ferè per accuſatiuũ loquũtur. Hiſtorici tã per accuſatiuũ, quàm per ablatiuũ: vt licet videre ex auctoribus iam citatis. Oratores verò rariſsimè vtuntur Synecdoche: non enim diceret orator, Doleo caput, vel capite: ſed dolet mihi caput. Nec, Antonius pedibus æger, ſed pedibus ægris, per regulam, Totum dat partem. Eandẽ quippe ſententiã efferimus per ſynecdochẽ, & per regulam, Totum dat partẽ. Sed hoc intereſt, quòd in ſynecdoche adiectiuum eſt dictio regens, & attribuitur toti: in regula autem totius, ſubſtantiuum eſt regens, adiectiuũ verò parti iungitur in genitiuo aut ablatiuo. Poëtæ. Hiſtorici. Oratores. Nota.

Synecdoche eſt figura, cùm totum pro parte: aut contra, pars pro toto accipitur. TOTVM pro parte]vt, Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. Aethiops albet dentibus, id eſt, dẽtes Aethiopis albẽt. PARS pro toto]vt, Vnũ ꝓ multis dabitur caput. i. vnus homo. Hoſtis habet muros. Porrò ſynecdoche huius regulę dicitur figura conſtructionis, eò ꝙ habet ſpecialẽ, ſeu arte nouatã rationẽ cõſtructionis. Reliquæ verò locutionis tantùm. Synecdoche.

.i. adiectiuum. ſ. indeterminatæ. .i. regit. .i. accuſatiuum ſignificantẽ certam quantitatem .i. ablatiuum.

Mobile menſuræ, dat quartum, rarius imum.

Sen. Adiectiua mẽſuræ indeterminatæ, accuſatiuũ exigunt ſignificantẽ certã ipſius menſuræ quantitatẽ: non nunquã etiã, vt quibuſdã videtur, & ablatiuũ: vt, Turris alta ducentos pedes. Liber craſſus treis digitos, vel triũ digitorũ craſsitudine. Plin. Latum pedes treis, longũ pedes quatuor. Idẽ: Caulis palmũ vnum altus. Eſt autẽ palmus menſuræ nomen. Gell. Longũ pedes ducentos. RARIVS per ablatiuũ]In Iona: Niniue erat ciuitas magna, itinere triũ dierum. Adiectiua autem menſuræ determinatæ huc non pertinent, cùm per ſe plena ſint & abſoluta: at regimen inuentum eſt, ad tollendam confuſionem ſeu incertitudinem. Menſuræ. Palmus. Regimen.

.i. nomen adiectiuum ſignificans exceſſum. .i. ablatiuum. .i. regit. .i. ſignificantẽ certã vel incertam quantitatem exceſſus.

Exceſſus nomen, ſextum dat certificantem.

Sen. Adiectiuũ exceſſus, poſtulat ablatiuũ indicantẽ nunc certã nunc incertam ipſius exceſſus quantitatẽ. CERTAE quãtitatis] vt, Eſt maior te quatuor annis. Digito lato te procerior. INCERTAE quantitatis] vt, Multò te inferior. Paulò me ſuperior. Exceſſus.

Quinctil. Erit obſcurior, quo quiſq; deterior. Idē: Quo quiſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur. Cic. Quo quiſq; eſt ſollertior aut ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius. ITEM per ſuperlatiuū] Horat. Poſtera lux oritur, multò gratiſsima nobis. Catul. Tātò peſsimus omnium poëta, quātò tu optimus omniū patronus. QVOD autē ſcripſit Terent. Aliquantulū ad rē attentior, pro aliquantulo, rarius eſt, quàm vt libēter imitemur. Simile eſt hoc apud Iuuenalē: Quantū ſublimior Atlas. Et apud Quinctil. Negotia paulùm ad diſcendū tenuiora. PRO eodē ferè dicimus: Vir multò præſtantiſsimus, longè, facilè, & nimirū præſtantiſsimus. Ita quoque in

Superlatiui vim obtiuentia. obtinentibus vim ſuperlatiui: vt, Nobilitate facilè princeps. Nouē lyricorum facilè Pindarus princeps. Ita facilè præcipuus. Facilè ſummus. Eſt facilè à Rege ſecundus: id eſt, haud dubiè poſt Regem primus. Vbi primus, ſecundus, dignitatem dicunt, non ordinem quemuis.

.i.adiectiuum· .i.proprietatē. .i.reget. ablatiuum.

Mobile ſignificans proprium, iunget ſibi ſextum

.i.qui ſpecificat vel determinat proprietatem.

Aut inſtrumenti, vel cauſſæ, vel ſpeciei.

Sen. Adiectiua proprietatē indicantia, poſcunt ablatiuos: aut inſtrumenti, aut cauſſæ, aut proprietatē determinantes. INSTRVMENTI] vt, Ille celer pēna. Progenuit celerem pedibus. CAVSSAE] vt, Inuictus viribus. Diutino languore pallidus. Tardus ætate. SPECIEI] vt, Curſu feſtinus anhelo. Tardus in-

Præditus. ceſſu vel ſermone. Forma inſignis, viridiq; iuuēta. Præditus virtute, ſcientia, viribus, diuitiis, ingenio, bona indole, id eſt, habens virtutē, ſcientiā, &c. Dicitur enim præditus, quaſi præ alijs datus ſeu donatus, etiā in malū. Cic. Senectute affectus, morbo predit⁹. Idem, Niſi vnum me vis ſingulari immanitate & crudelitate prę ditum. ET per numerale cardinale] vt, Quinque millia numero. ET ordinale.] vt, Secundus aut tertius ordine.

Dignus & indignus dant ſextum, rarò ſecundum.

Dignus. Sen. Dignus & indignus ſimpliciter aſciſcunt ablatiuos: perrarum enim eſt, quòd genitiuis iungantur: vt, Dignus eſt operarius mercede ſua. Indignus ſacerdotio. CVM genitiuo] Magnorū haud vnquā indignus auorū. ETIAM cū infinitiuo] Dignus a-

Aequus. mari. Et pro eodem, Dignus vt ametur, vel qui ametur. AEQVVS pro dignus, ſimiliter ablatiuo iunctum legitur. Plaut. in Bacchi. Plus vidiſſem, quàm deceret, quàm me atque illo æquū foret. Et in Ruden. Iureiurando alligat is leno, vt ſe æquum eſt, & vt lenonum officium eſſe conſueuit.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM: PRIMO CVM NOMINATIVO.

ſup. finiti modi. .i. ante ſe habere nominatiuum.

Vlt perſonale verbum præponere rectum.

Senſus. Nominatiuus ſemper præcedit verbũ perſonale finiti modi, idq; ſimili numero et perſona: vt, Ego doleo. Tu gaudes. Ille amat. Nos fallimur. Illi ridẽt. Itẽ aiunt, ferunt, ſup. homines. Itẽ Fulminat, tonat, pluit, ningit. Liuius: Veiis de cælo lapidauerat. Pluit lapidibus, vel lapides. Pluit ſanguinẽ, vel ſanguine, ſup. cælũ, vel nubes, &c. Cũ huiuſcemodi nominatiuus interim exprimatur: vt, Cælũ tonat omne fragore. Nubes pluant iuſtũ. Vel dicas eſſe quaſi imperſonalia ſine ſuppoſitis. Prima & ſecunda perſona ferè non explicantur, niſi diſcriminis aut Emphaſis cauſa: vt, nos accuſauimus, vos dãnaſtis, tu audes iſta loqui. Emphaſis, eſt figura altiorẽ præbens intellectũ, quàm quẽ verba per ſeipſa declarãt. DICITVR in littera, Perſonale] propter verba imperſonalia, quæ nõ admittunt ante ſe nominatiuũ: vt, Tædet animã meã vitæ meæ. DICITVR itẽ finiti modi] Nã infinita ante ſe accuſatiuũ habent, non nominatiuũ: vt, Rumor eſt filium amare. Aliquoties aliquid nominatiui vice ponitur.

Verbum perſonale.

Exceptæ actionis verba.

Emphaſis.

Poſitum loco nominatiui.

PRIMO, infinitiuus cũ ſibi cohærentibus: vt, Velle ſuũ cuique eſt. Scire tuũ nihil eſt. Itẽ: Tyrannũ viuere non expedit Reipublicæ. Seni verba dare eſt difficilè. SECVNDO, verbũ finitũ cũ ſuppoſito, præcedente quòd vel vt. Quòd non ſtudes, efficit quo minus doctus euadas. Dolet mihi, quòd res non ceſſerint tibi ex ſentẽtia. Et id quidẽ non ineleganter: verùm tamẽ elegantiùs loquimur ſuis locis per infinitũ verbum, quàm per finitũ: vt, Intelligo te eſſe philomuſum, elegantiùs, quàm Intelligo quòd tu es philomuſus. Et, Scio hunc litteris dediſſe operã, quàm Scio quòd hic dedit operã litteris. TERTIO, aduerbium: vt, Eſt mihi ſatis frumenti. Cùm ſero factũ eſſet. Iã clarum mâne feneſtras intrat. Partim virorũ ſunt occiſi. Partim virginũ ſtupratæ. Ponitur enim partim eleganter cũ genitiuo, requiritq; verbũ numeri pluralis. Nec dicimus partim homines, partim animalia, auctore Gellio. Itẽ: Plus decẽ homines perierunt: id eſt, plures quàm decem. Ita quoq;, Amplius decẽ deſiderati, vel minus decẽ interierunt: id eſt, plus vel minus quàm decẽ. Sunt autẽ plus, amplius, minus, hoc modo conſtructa, aduerbia nominũ vice poſita: ſicut & ſerò, ſatis mâne. DE dictionibus materialiter poſitis: vt, Amo eſt verbũ, Magiſtri eſt caſus genitiui: dicito non poni eas pro nominatiuis, ſed eſſe caſus nominatiui. EST quando loco nominatiui ſuppoſiti ponitur accuſatiuus, per Antiptoſim: & id quidẽ ſi ipſe accuſatiuus antecedens immediatè præponatur relatiuo in eodẽ caſu: vt, Vrbẽ quam ſtatuo, veſtra eſt. Eunuchum quẽ

Aduerbiũ loco nominatiui.

Partim.

Plus.

Amplius.

Minus.

Dictiones materialiter poſitæ.

dediſti nobis, quas turbas fecit? Sermonē quem audiſtis non eſt meus. Dixi immediatè] Alioqui enim ſolœciſmus fuerit, nulla ratione admittendus: vt, Vrbē eſt veſtra quam ſtatuo. At ſi relatiuum præponatur, nō eſt Antiptoſis. Terent. Vt placerent populo, quas feciſſet fabulas. Ouidius: Cecidere manu, quas legerat herbas. Quinctilianus: Timeo ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Eſt enim ſic faciendus ordo. Vt, ſupple, fabulæ placerent populo, quas fabulas feciſſet, &c. cùm accuſatiuus relatiuo poſtpoſitus non ſit antecedens, ſed ipſius relatiui ſubſtantiuum.

Antiptoſis

Est autē Antiptoſis figura, cùm caſus pro caſu ponitur. Virgil. Hæret pede pes: pro pedi. Idē: Ille ferax oleo, pro olei. Item: At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo: pro Iulus. Liuius, Scipio, cui Africano cognomen fuit. Idem: Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. In digeſtis: Lecticarios & ceteros id genus ſeruos, pro eius generis. Gellius: Ariſtotelis libri, ſunt omne genus elegantiæ referti: pro omnis generis. Cicero: Satis ſuperque hominibus id ætatis: hoc eſt, eius ætatis. Boët. 11. Conſo. Parthis, ceterisque id locorum gentibus: id eſt, eorum locorum. Terent. Id ne eſtis auctores mihi: pro eius rei. Antithesis autem media correpta, eſt figura cùm alterum pro altero ponitur: vt, Olli, pro illi. Heic iam repete memoria quot habueris figuras conſtructionis. Vnde aduertendum, quòd figura eſt arte aliqua nouata dicendi forma. Et eſt triplex. Dictionis, quæ videlicet circa dictionem admittitur: vt, Syncopa, Epentheſis, Apocope, Paragoge, &c. Locutionis, cùm improprius eſt ſermo: vt, Hoſtis habet muros. Conſtructionis, quæ circa conſtructionem verſatur: cuiuſmodi ſunt octo, Appoſitio, Euocatio, Conceptio, Prolepſis, Zeugma, Syntheſis, Synecdoche & Antiptoſis: quas, vt inciderunt, ſuis locis, vt potuimus, breuiſsimè perſtrinximus.

Id genus. Id locorū. Antitheſis. Figura. Quotuplex figura

.i. vocatiuum. .i. poſt ſe habere nominatiuum.

Sæpe vocans verbum, ſibi vult apponere rectum:

ſup. verbum. ſup. verbū. .i. habet. ſ. verbi ſubſtantiui & vocatiui.

Et ſubſtantiuum, vel quod vim ſeruat eorum.

Sen. Verbum ſubſtantiuum, vocatiuum, & vim eorum habēs, admittit etiam poſt ſe nominatiuum. Verbvm vocatiuum] vt, Quis vocaris? vel qui vocare? Vocor Paulus, vel potiùs, Mihi nomen eſt Paulus, vel Paulo. Rarius autem, Eſt mihi nomen Pauli. Plautus in Amphitruone: Nomen Mercurij eſt mihi. Perpuſilli, vocantur nani. Tu diceris ſapiens. Svbstantivvm] vt, Sum miſer. Deus eſt ſummum bonum. Svbstantivi vim habens] vt, Sedeo rectus: id eſt, ſedendo ſum rectus. Studes pronus. Dormis ſupinus. Hic nummus videtur adulterinus. Ariſtoteles habetur doctiſsimus. Vocativi vim obtinens] Hic li-

ber inſcribitur Syntaxis. Scribor hæres. Salutatur poëta. Verbum ſubſtantiuũ eſt, quod ſubſtat omnibus verbis in declinando vel in reſoluendo. Et ita vnicum eſt verbum ſubſtantiuum, Sum. In declinando enim ſubſtat: vt, Amor, amatus ſum: loquor, locutus ſum. In reſoluendo verò: vt, Amo: id eſt, ſum amans: Sto, ſum ſtans: ſtabam: id eſt, eram ſtans. Hæc autem: Fio, exiſto, exſto, & forem: ſecundũ hanc ſubſtantiui finitionem, nõ tam ſubſtantiua, quã ſubſtantiui vim obtinẽtia dicũtur. Boëth. III. Conſola. Nullus degener extat: Ni vitijs, peiora fouẽs, Proprium deſerat ortum. Extat, id eſt, eſt. Iterum, Nullius rei natura ſuo principio melior poterit exiſtere, hoc eſt, eſſe. Cic. I. Off. Exiſtunt plerunque in Republica largitores & factioſi. Poſſent nihilominus alia ratione dici ſubſtantiua, eò quòd ſubſtantiam rei, ſeu eſſe ſignificent. Exiſto tamen & exſto, rarò ſic apud auctores inueniuntur. Propriè enim exiſtere, eſt prodire ſeu exſurgere. Ouid. Exiſtunt montes, quos ſummum texerat equor. Exſtare verò, extra ſtare ſeu eminere: vt, Exſtant turres. Vel etiam ſupereſſe: cuius contrarium in ſignificatu eſt intercido, media correpta: vt, Multa Salluſtij opera interciderunt, pauca exſtant adhuc. Dicuntur enim propriè exſtare inanimata.

Verbũ ſubſtantiuum. Exiſto. Exſto. Intercido.

ſ. verba ſubſtantiua, vocatiua, & eorum vim habentia. .i. copulare.

Hæc quoque conſimiles debent coniungere caſus.

Sen. Hæc eadem verba, plerunque duos copulant nominatiuos: ceterùm in infinitiuo, connectunt & alios caſus: vt, Socrates eſt Philoſophus. Hic dicitur Poëta. Tu incedis rectus. Poſſunt autem hæc verba modis finitis coniungere tantùm nominatiuos: adeò vt etiam, ſi præcedat vocatiuus, ſit poſtponendus nominatiuus: Vt, Petre eſto ſtudioſus. In verbo enim eſto ſubauditur nominatiuus tu. Macte tamen vocatiuus poſtponitur: modò nominatiui vice, modò accuſatiui. NOMINATIVI] Liui. Tu quidem Corneli, macte virtute eſto. ACCVSATIVI.] Idem: Iuberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret: ſup. te. IN infinitiuo verò copulant etiam alios caſus] vt, Puto eſſe amicus tuus: ſupple ego, vel puto me eſſe amicum tuum. Nõ licet Athenis eſſe probos: ſupple homines, & nõ licet eſſe probis. Claud. Natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti. Nobis iam licet eſſe fortunatiſsimis. Melius eſt eſſe diuitem quàm pauperem: ſupple hominem quemuis. De genitiuis autem & ablatiuis, putant quidam apud auctores non reperiri.

Macte.

.i. verbum ſubſtantiuum. .i. verbum vocatiuum. ſup. verbum. .i. habet. ſ. verbi ſubſtãtiui & vocatiui.

Subſtans, atque vocans, vel quod vim ſeruat eorum,

Sæpe

.i.genitiuũ. ſ. gtũm. .i.ſubſtantiua regunt.
Sæpe regunt patrium quem nomina ſixa gubernant,
ſ.regũt. .i.gtũm vel ablatiuum.
Sic patrium aut ſextum partis vel proprietatis.

Verba cum genitiuo.

Sen. Inter duo ſubſtantiua res diuerſas ſignificãtia, quorũ alterũ genitiui caſus eſt, ſępe interponitur verbũ ſubſtantiuũ, vocatiuũ, aut vim eorũ habens. Ita & inter totũ ac partẽ, & inter ſubiectũ ac proprietatẽ, hæc eadẽ verba, ſubinde locantur. EXEMPLA prioris.] Liber eſt, vel videtur fratris. Epiſtola eſt, vel dicitur Pauli. Cùm factus eſſet Ieſus annorũ duodecim. Noë erat quingentorũ annorum. Quint. Nõ æſtimandũ eſt cuius quiſq; ſit ætatis. Dicemus itẽ rectè, teſte Sulpicio, Aldo, alijsque: Quot annorum es? Sum viginti annorũ. SIC patriũ aut ſextum] vt, Eſt honeſta & liberali facie. Populus hic eſt duræ ceruicis, vel dura ceruice. Cicero fuit magnæ eloquentiæ, vel magna eloquentia. Suetonius: Cibi minimi erat. Idem: Somni breuiſsimi erat.

ſup. verba
Hæc memoror, recolo, reminiſcor, ſicq'ue recordor,
Obliuiſcor. .i.regunt accuſatiuum vel genitiuum.
Oblitus, memini, dant quartum ſiue ſecundum.

Recordãdi

Sen. Recordandi verba, vel genitiuos adſciſcũt, vel accuſatiuos: ſimiliter & hoc verbũ obliuiſcor: vt, Memorari teſtamẽti ſui ſancti. Cic. Sui oblitus, alij memoratur. Genitiuus eſt alij. In Eccle. In die tribulationis commemorabitur tui. Memorare nouiſsima

Memoror.

tua, & in æternũ nõ peccabis. Sed memoro pro recito, vel ad memoriã reduco, accuſatiuũ tantũ admittit. Virg. Muſa mihi cauſ-

Memoro. Recolo. Reminiſcor. Recordor. Obliuiſcor

ſas memora. Itẽ: Memorat nomenq́; genusq́;. Tuã glorioſam recolimus paſsionẽ. Greg. Dũ prioris vitæ recolo. Putant quidam recolo alibi cũ genitiuo nõ reperiri. Reminiſcere miſerationum tuarũ Domine. Virg. Dulceis reminiſcitur agros. Recordatus eſt Petrus verbi Ieſu. Si ritè audita recordor. Ne obliuiſcaris pau-

Memini.

perum. Virg. Pomaq́; degenerãt, ſuccos oblita priores. Memento noſtri Domine. Hor. Vt valet? vt meminit noſtri? Virg. Numeros memini, ſi verba tenerẽ. Cùm autẽ ſignificat alicuius rei mẽtionẽ facio, ablatiuũ exigit, de præpoſitione mediante, vel interdũ genitiuũ: vt, Ne ſemel quidẽ de te meminit, vel tui: id eſt, men-

Venit in mentem.

tionẽ nõ fecit. Venit in mentem, ſimiliter cũ genitiuo cõſtruitur. Cic. Fac tibi Aciliæ legis in mentẽ veniat. Idẽ: Venit enim mihi Platonis in mentem. Plaut. Vt lepidè atque aſtutè in mentem venit de ſpeculo. Dicere igitur licebit: Eius rei mihi venit in mentem, vel ea res, vel de ea re.

.i.verbum accuſandi, dãnandi, reprehendendi. .i.regunt
Accuſans, damnans, reprehendens dant genitiuum,

Non

.i.quandoque. .i.ablatiuum. .i.ſignificatione ſimilia & contraria.

Non nunquam & ſextum: quorum confinia iungis.

.i.hæc quinque nomina. .i.excipies.

Alter, vterque, ambo, neuter, remouebis vtérue.

Sen. Accuſandi, dãnandi, reprehẽdendi verba, & ea, quę aut his Accuſandi.
contraria aut ſignificatione ſimilia ſunt: poſtulant genitiuos, & Dãnãdi.
quandoq; ablatiuos. Verũ hæc nomina, Alter, vterq;, ambo, neu Reprehendendi.
ter, vter, & ſi qua ſunt ſimilia, in ablatiuo duntaxat regũtur. Hęc
verba genitiuũ exigunt, præſertim cùm ſit propriũ criminis no-
mẽ: ſi nõ ſit criminis propriũ, modò genitiuũ, modò ablatiuum.
Hæc tamẽ nomina, Alter, vterq;, ambo, neuter, & vter, & ſi qua
ſunt ſimilia, in ablatiuo tantùm apponuntur. ACCVSANDI] Accuſo.
vt, Accuſauit eũ furti. Accuſat collegã malè geſtæ rei, malè obitæ
legationis. Vtrum ambitus accuſas an ſacrilegij, an vtroq; ſiue de
vtroq;, de plurimis. Plaut. Qui aliũ incuſat probri, ipſum ſe in- Incuſo.
tueri oportet. Hieron. Qui alium mendacij criminaris, deſine ip- Criminor.
ſe mẽtiri. Tacit. Maieſtatis delatus eſt. Terent. Si herũ inſimula- Defero.
bis auaritiæ, malè audies. HIS cõfinia.] Cic. Nequẽ vnquam Inſimulo.
innocentem capitis arceſſas. Appellatus eſt veneficij. Poſtulaba- Arceſſo. Appello.
tur iniuriarum. Tacit. Capitonẽ repetundarum interrogant, vel Poſtulo. Interrogo.
de pecunijs repetundis. Suſpectus eſt cõiurationis in Rẽp. Apul. Periclitor.
Capitis me periclitatũ memini. ET cõtraria] vt, Purgauit ſeu Purgo. Damno.
excuſauit ſe parricidij. DAMNANDI] Dãnauit eum peculatus. Abſoluo.
Capitis hominẽ innocentẽ condẽnauit. ET cõtrariũ] Cic. Ab- Alligo.
ſoluit eum iniuriarum, qui poëtam in cœna nominatim læſerat. Adſtringo. Conuinco.
CONFINIA] Terent. Hic furti ſe alligat. Sacrilegij ſe adſtrin- Teneo.
git, id eſt, obligat, ſeu obnoxiũ facit. Cõuictus eſt mendacij. Cor. Noto.
Tac. Tenetur repetundarum. REPREHENDENDI] Gel. Nòta- Reprehendo.
batur impolitiæ. Mendacij eum reprehendi. Fabium moræ incre Increpo.
pabant. Arguunt ſeu corripiunt adulterij. CONTRARIA] Iuſtin. Arguo.
Laudamus prætores ſuæ humanitatis. Miror te iuſtitiæ. Sil. Fe-
lix, heu, nimium & vitę laudandus opacæ. RARIVS autem ad- Laudo.
mittunt ablatiuum] vt, Capite dãnatus eſt. Nulla ignominia no
tatus. Ita eum furto alligat. SI nõ ſit criminis propriũ] Apud
maritum eum falſi criminis detulit, vel falſo crimine. Nõ intelli-
gis quos homines ſummi criminis arguas, vel ſummo crimine.
Plaut. Argutus malorum facinorum. Liu. Sed nequaquam tan- Argutus.
tùm relictum eſt, quantæ ſummæ damnatus fuerat. Virg. Hos
iuxta falſo dãnati crimine mortis. Ouid. Vtinã temeraria dicar,
Criminibus falſis inſimulaſſe virum. Valer. Mulierẽ capitali cri-
mine damnatã. Huius fermè ordinis ſunt Cõſulo & Moneo cũ Conſulo.
cõpoſitis: vt, Conſulam amicos huius rei, vel de hac re, vel etiam Moneo.
hãc rẽ conſulã amicos. Monui vel admonui eum periculi, vel pe-
riculum, vel de periculo. Sunt enim cõſulo & moneo vehemen-

tiſsimæ etiam tranſitionis. Sall. Quemque commonefacere be-
Commemoro. neficij. Boëth. Me horum iam ſecundò commemoras. Quod ver
bum putant hoc modo cum genitiuo alibi non legi. Aequi boni
conſulo, æſtimandi eſt. Pro eodem licet dicere, Accuſo te ne-
gligentiæ, vel negligentia, vel de negligentia, vel accuſo tuam
negligentiam. Inertiam incuſas adoleſcentium, potius quàm
Miror. inertiæ incuſas adoleſcentes. Miror te iuſtitiæ, vel iuſtitia, vel tuã
miror iuſtitiam.

.i.verbum
.i.exigit. egendi. & replẽdi. .i.ablatiuũ, vel genitiuũ.

Vult & egens, verbumq'ue replens, ſextum patriúmue.
Multa tamen ſexto tantùm coniuncta videbis.

Sen. Egendi & replendi verba, vel genitiuos exigunt vel abla-
tiuos: pleraq; tamen eorũ, ablatiuis tantùm adiuncta reperiun-
Egendi. tur. EGENDI] vt, Aeris eget, vel ære. Curatoris eget. Sępius eget
Egeo. cum genitiuo. Cato apud Gellium accuſatiuo iunxit: vt, Multa
Indigeo. egeo. Terent. Quaſi tu huius indigeas patris. Valerius: Malo vi-
Replendi. rum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. REPLENDI]
Virg. Poſtquam dextra fuit cædis ſaturata. Var. Agni pabulo ſe
Saturo. ſaturant. Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ. Nauẽ mer-
Impleo. cibus implet. Cic. in Ver. Completus iam mercatorum carcer eſ-
Compleo. ſet. Plaut. Erroris ego illos & dementiæ cõplebo. Gell. Ventus à
latere ſæuiens nauem vndis cõpleuerat. Referta eſt Græcia ſcele-
Refercio. ratiſsimorum hominum, vel ſceleratiſsimis hominibus. Refertũ
Abundo. eſt mare prædonum, vel prædonibus. Lactis abundat, vel lacte.
Lucil. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.
Omnibus abundo rebus, vel omnes mihi res abundant. Partici-
Participo. po illum auri, vel auro, vel de auro. Plaut. Paternum ſeruum ſui
Expleo. participabat conſilij. SEXTO tantùm] Expleo te fabulis. In-
Obruo. gurgitauit ſe cibo. Vino ſe obruit. Tantis exundat peſtibus aër.
Inundo. Virg. Et inundant ſanguine foſſæ. Onero aſinum ſalibus. Satio
Satio. ſeruos pane. Diuitiis affluis, & diuitiæ tibi affluunt. Ouid. Af-
Affluo. fluit incautis deſidioſus amor.

.i.rei carentiam .i.iũ- .i.abla-
ſeu priuationẽ. ſ.verbũ. gis. tiuo. .i.genitiuo.

Req'ue carere notans, das ſexto, rarò ſecundo.

Carentiæ. Sen. Verba rei carentiam ſeu priuationem indicantia, poſcunt
Careo. ablatiuos & interdum etiam genitiuos: vt, Carere debet omni
Vaco. vitio, qui in alium paratus eſt dicere. Nullum tempus vacare cu-
Leuo. ra debet. Leua me hoc onere. Ego hoc te faſce leuabo. Qui ſerere
Libero. ingenuum volet agrum, liberet arua prius fruticibus. Purgo me
Purgo. ſordibus. Expurgant pectora culpa. Peſtilentia liberis me orba-
Orbo. uit. Viduauit ciuibus vrbem. Hoſtem armis ſpoliauit. Exonero
Viduo. ſeu euacuo nauem frumento. Deficio pecunia, & mihi deficit
Spolio.
Exonero.
Deficio.

pecu-

pecunia. Inopē deficiunt omnes amici: id eſt, deſerunt. Abſtineo Abſtineo.
ira, vel ab ira, vel abſtineo me ira, vel ab ira. RARO ſecundo]
Terent. Omnes labores mihi leues fuere, præterquam tui carendum
quòd erat. Horat. Mox vbi luſit ſatis, abſtineto dixit irarū
calidæque rixæ. Terent. Riſus abſtine, genitiuus eſt riſus. Vbi re- Genitiuus
ctè etiam dixeris genitiuum Græco more poni vice ablatiui, ſi- ablatiui vi-
cut & hic: Diſcrutior animi. Pendet animi, pro animo. Is ſuàrum ce.
rerum ſatagit: id eſt, de rebus ſuis ſolicitus eſt. Hor. Deſine mollium
tandem querelarum. Ouid. Succeſſorumque Mineruæ indoluit.
Turp. Faſtidit mei. Lucil. Faſtidimus bonorum. Sed hoc
magis accuſatiuo gaudet: vt, Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis.
Careo & Abſtineo apud vetuſtiſsimos etiam cum accuſati Careo.
uo reperiuntur. Plaut. Collus collaria caret. Idem: Caruit ne fe- Abſtineo.
bris te heri aut nudiuſtertius? id eſt, deſeruit. Turpil. Meos parentes
careo tibi. Plaut. Abſtine iſta.

.i. verbum appretiandi regit hos genitiuos ſine ſubſtantiuis.

Apprecior tanti, quanti, plurisq́ue, minorisq́ue,

.i. ablatiuū. .i. reget.

Aſt alias ſextum verbum dabit appretiandi.

Sententia. Appretiandi verba, ablatiuos adſciſcunt. Verùm hi Appre-
genitiui: Tanti, quāti, pluris & minoris, iunguntur his verbis, ſi tiandi.
defuerint ſubſtātiua, nā ſi ſubſtātiua acceſſerint, migrabūt in ablatiuos:
Vt, Id emi duobus ſolidis & pluris. Magis illa iuuāt, quę Emo.
pluris emūtur. Quāti emit? Viginti minis. Quanticunq; locabis, Loco.
præſtiterit vendidiſſe. Aſſe emi, tantidem quoque ſum tibi tra- Trado.
diturus. SVB tanti enim & quanti comprehendes compoſita,
tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunque. Magno, Vendo.
nimio, plurimo emiſti: at dimidio, paulo, minimo, vili, reuendi- Reuendo.
turus. Vendidit hic auro patriam. Quare hoc non venijt trecen- Inſcribo.
tis denarijs? Miror tantas ædes tam paruo inſcriptas. Quan- Indico.
ti indicas frumentum? Teut. *Hoe veel loeſlijt? &c.* Liui. Multo
ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit. Seneca: Par- Sto.
uo fames conſtat, magno faſtidium. Paruo locat ædes. Hodie Conſto.
boues pluris licebantur, quàm homines: id eſt, ad emendum
pluris æſtimabantur. Hanc rem tanti liceo, vel licitor, vel pro Liceo.
hac re tantùm liceor. IMMO & per quælibet fermè verba ad Liceor.
hanc formam. Neminem minoris docet talento. Magno
pranſi ſumus, pluris cœnaturi. Hic magno etiam tacet. Aduerbia
etiam apponimus in eandem ſententiam: vt, Carè bibis.
Carè viuitur Lutetiæ, ſed cariùs Romæ. Carè emiſti, ſed
viliùs reuendes. Cariùs ſeu peiùs emitur oleum, quàm vinum:
id eſt, pluris. Viliùs ſeu meliùs emitur ſiligo, quàm hordeum:
id eſt, minoris. Cariſsimè conſtat, quod precibus emtum
eſt. VALEO, non ſolùm genitiuum & ablatiuum huius regu- Valeo.

læ admittit, verum etiam accuſatiuum: vt, Aeſtimandus fundus quanti valet? Valet ſeſtertijs vicenis. Regnum cælorum tanti valet, quantum habes. Plus valet ſanctio promiſsione. Hæ voces idem ſignificant atque idem valent.

.i. verbum æſtimandi.

Æſtimitans verbum perſæpe regit genitiuum.

Aeſtimādi. Sen. Aeſtimandi verba ferè deſeruiunt genitiuis: admittunt tamen & ablatiuos: vt, Id parui æſtimo. Eius minas flocci pendo, nihili pēdo, parui duco, parui facio. Intelligo inter aulicos te plurimi fieri. Te pili non facio. Aequi boniq; facit. Aſsis nō faciūt. Aſsifacio. Aſsifacio autē compoſitum eſt, ſicut lucrifacio & ſumtifacio: id eſt, expendo. Plaut. Pluris eſt oculatus teſtis vnus quàm auriti decem. Terent. Parui curas. Ouid. Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni. Optimi conſule. Aequi boni conſule: id eſt, in bonam accipe partem. Honores magni non putemus. Infiniti æſtimabis bonum, ſi agnoueris. Conſtruuntur autem æſtimandi verba ferè cum his genitiuis: Magni, maioris, maximi, parui, minoris, minimi, multi, pluris, plurimi, tanti, quanti, flocci, nauci, nihili, æqui, boni, aſsis, infiniti. Admittunt quoq; hæc verba nonnunquam ablatiuum: vt, Haud equidem tali me dignor honore: id eſt, dignum non æſtimo, &c. Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt. Boëthius in prologo Topicorum. Paruo æſtimare videtur. Valer. libr. v. Magno vbique pretio virtus æſtimatur. Seneca. Data magno æſtimas, accepta paruo. Perſius: Et: centum Græcos curto centuſſe licetur: id eſt, æſtimat. Liceor tamen propriè eſt appretiandi.

.i. miſereor. .i. regūt.

Auxilior, dominor, miſereri, dant genitiuum,
Vel ternum: miſerere tamen magis adde ſecundo.
Auxilior, dominor, potiùs coniungo datiuis.

Auxilior. Sen. Auxilior, dominor, & miſereor, vel genitiuum exigunt vel datiuum. Miſereor tamen genitiuo magis gaudet: auxilior, & dominor, elegantiùs iunguntur datiuis. In Iſaia: Auxiliatus ſum tui. Auxiliatus es ei in bello. Reges gentium dominātur eorum. Dominor. In Eccleſiaſtico: Et dominatus eſt beſtiarū. Dominamur victis, et in victos. Cicero: Felix ſenectus, ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominabitur in ſuos. Nil noſtri miſerere. Cic. 11. Tuſcu. Perge illacryma, patris peſtibus miſerere. At miſeror, aris: quod eſt deplango vel miſereor, accuſatiuum exigit. Virgil. Me liceat caſum miſerari inſontis amici. Nec eſt miſeratus amantem. Miſereor. Miſeror.

hæc quinque verba.

Pœnitet, & tædet, miſeret, piget, & pudet, optant

Accu-

.i.rei patientis. ſ.rei agentis.

Accuſatiuum patientem cum genitiuo.

Sen. Hæc imperſonalia: Pœnitet, tædet, miſeret, piget, pudet, accuſatiuis iungũtur rei patientis, cũ genitiuis rei agentis: vt, Me pœnitet facti. Noſtri noſmet pœnitet. Tædet me vitæ, vel tædet me viuere. Virg. Si nõ pertæſum thalami, tædæq; fuiſſet. Me miſeret pauperũ. Terent. Ita me Dij ament, vt me tuarũ miſertum eſt fortunarũ. Piget nos militię, & piget militare. Fratris me quidẽ pudet, pigetq́;. Nõ te pudet vanitatis? Depudet fornicationis: id eſt, non pudet. Diſpudet, variè ſeu valde pudet. Suppudet, parũ pudet. Non nunquã hæc verba perſonaliter accepta, recipiunt etiã nominatiuũ ſuppoſitũ. Terent. Ne plus minúsve faxit, quod nos poſteà pigeat. Idem: Hei mihi, nõ te hæc pudent? Plaut. Neminis miſereri certũ eſt, quia mei miſeret nemo. Ab antiquo verbo Miſereo, es, à quo miſereſco cũ genitiuo. Virg. Arcadij quæſo miſereſcite Regis. Et miſereſcit imperſonale, cũ accuſatiuo & genitiuo. Terent. Inopis te nũc miſereſcat mei. Et miſeretur imperſonale. Cic. pro Ligar. Fratrũ pro fratris ſalute precantiũ vos miſereatur. Simile eſt pœniteo. In Eccleſiaſt. Fili ſine cõſilio nihil facias, & poſt factũ nõ pœnitebis. Et pœniteor deponẽs. In actis Apoſt. Pœnitemini igitur & cõuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Pertæſus pro genitiuo admittit ſubinde accuſatiuũ. Suet. Pertæſus ignauiã ſuã. Veretur pro pudet, inuenitur ſimiliter accuſatiuo iunctũ cũ genitiuo. Actius apud Noniũ. Veretur te progenitoris. Et Cic. 11. de Finibus. Quos nõ eſt veritũ in voluptate ſummũ bonũ ponere. Hæc imperſonalia Pœnitet, tædet, &c. in infinitiuo aliis verbis appoſita, faciunt ipſa quoque imperſonaliter accipi: vt, Pœnitere eum facti ſui nõ poteſt. Cœpit te pigere. Te deſinet tædere.

Pœnitet. Tædet. Miſeret. Piget. Pudet. Pigeo. Pudeo. Miſereo. Miſereſco. Miſereſcir. Miſeretur. Pœniteo. Pœniteor. Pertæſus. Veretur.

.i.hæc verba eſt, intereſt, & refert. ſ.exigunt. .i.genitiuum. .i.excipias. .i.hos quinq; genitiuos primitiuos mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri: loco quorũ, eſt regit nominatiuos meũ, tuũ, &c. Intereſt & refert, ablatiuos mea, tua, ſua, noſtra, veſtra.

Inter & eſt patrium. demas pronomina quinque.

Sen. Tria hæc verba, Eſt, intereſt, & refert, genitiuos regunt, exceptis his genitiuis, Mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri. Loco quorũ, eſt regit nominatiuos, Meũ, tuũ, ſuũ, noſtrũ & veſtrum: intereſt & refert ablatiuos, Mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra. Cic. Eſt adoleſcentis maiores natu vereri. Regis eſt tueri leges. Prudẽtis eſt multa diſsimulare. Non eſt mearũ viriũ. Non opis eſt noſtræ. Moris eſt, vel mos eſt. Iuris eſt, vel ius eſt. Item perſonaliter. Hæc magnorum hominum ſunt. Hæc apud maiores noſtros factitata. Non eſt meũ contra auctoritatẽ Senatus dicere. Si memoria mihi for- Eſt.

Intereſt. hi fortè defuerit, tuum erit vt ſuggeras. Non tam intereſt Regis, quàm totius Reip. Refert omnium animaduerti in malos. Mi-
Refert. nus intereſt mea, quàm tua. Tua quod nihil refert, percunctari deſine. Perſonale eſt. Non tua vnius refert, ſed noſtra omnium.
Cuia. Tua ipſius refert. Tua ſolius intereſt. Mea refert de vita pericli-tantis. Ter. Tua nihil intereſt in portu nauigantis. His additur & Cuia. Cic. pro Murena: Ea cædes potiſsimũ crimini datur, ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. Rectè etiã dixeris, Cuius intereſt, vt cuius ſit à quis. Idem, III. Offi. Cuius magis intereſt vel ſua, vel Reip. cauſſa viuere. ADDVNTVR & hi genitiui, Tanti, quanti, quanticunque, tantidẽ, magni, parui. Non nũquã ablatiui quoque ad formam ferè verborum æſtimandi: vt, Magni mea intereſt, hoc tuos omnes ſcire. Cic. Permagni intereſt, quo tibi tempore epiſtola reddita ſit. Magni refert. Permagni referre arbitror. Cetera huiuſmodi per aduerbia efferũtur: vt, Maximoperè refert. Nihil intereſt. Plurimum refert. ABLATIVVS] Iuuena. Nec minimo ſanè diſcrimine refert, Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur. Plaut. in Moſt. Pluma haud intereſt, patronus, an cliens propior ſit homini, cui nulla eſt in pectore audacia? Quare apponũtur ablatiui feminini: Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, & cuia? Quia intereſt & refert componuntur ex ablatiuo re: vt, Intereſt mea: id eſt, in re mea eſt. Refert tua: id eſt, res tua, vel pro re tua fert. Gratia cuius ablatiuum & genitiuum exigũt, ſicut & ſimplicium verborum cauſſa non nunquam etiam da-
Refert cũ datiuo. tiuum. Hor. I. Sat. Dic quid referat intra Naturæ fines viuenti, iugera centũ, Aut mille aret? id eſt, quid magis proſit, aut quid differentiæ ſit homini contento his, quæ ſuæ naturæ ſunt neceſſaria, an aret centum iugera, an mille. Huius itẽ cauſſa refert, hoc modo acceptum, primam producit, cùm ex præpoſitione compoſitum eandem corripiat: vt, Pedemque refert, quaſi tactus ab
Refero. angue. Nam refero ex præpoſitione compoſitum, ſignificat iterum vel retro ferre: vt, Refert librum, refert pedem. vel narrare:
Intereſt cũ datiuo. vt, Mira refert. INTEREST ex inter præpoſitione compoſitum, ſignificat inter aliqua eſſe: vt, Paries intereſt. Omnibus rebus interfuit. Inter ambitum & ambitionem id intereſt: id eſt, ea eſt differentia. Rariùs autem ſine præpoſitione. Seneca de vita beata: Nihil intereſt hos & illa: vel cum datiuo, ſicut & cetera differendi verba. Terent. in Eunu. Stulto intelligens quid intereſt? id eſt, quid differt intelligens à ſtulto?

.i. omne verbum acquiſitiuè poſitum. .i. petit à tergo habere datiuum.

Verba cum datiuo. *ACquirens verbum, ſibi poſtulat addere ternum.*

Sen. Omne verbum acquiſitiuè poſitum, exigit datiuũ. Plaut. Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur. Mihi peccat, ſi quid peccat.

cat. Terent. Huic habeo non tibi. Dicta mihi iuſiurandum. Platoni corpus eſt vox. Ariſtoteli ſpongiæ ſentiunt. Parcit pecuniæ. Parco.
Parce ſubiectis. Parce lacrymis. Virg. Multa talenta Gnatis parce tuis: id eſt, conſerua. Gell. Meſſem hanc nobis adiuuent. cùm Iuuo & adiuuo alias ferè accuſatiuum poſt ſe habeant. Omnia Iuuo.
enim verba tam tranſitiua quàm abſoluta, acquiſitiuè poſita, Adiuuo.
poſſunt cum datiuo aliquando conſtrui. Etiam vehementiſsimæ tranſitionis verba: vt, Docebo tibi filium bonas litteras. Sum Nota ſum.
cum datiuo eleganter ponitur pro habeo. Virg. Sunt nobis mitia poma: id eſt, mitia poma habemus. Idem: Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca.

.i. ſi verbum acquiſitiuè ponatur. — quorum alter ſignificat rẽ acquirentem, alter modũ habendi, ſeu acquirendi.

Verbo ſæpe duos dabis acquirendo datiuos.

Sen. Verbis acquiſitiuè poſitis, plerunque geminos adiungimus datiuos: vt, Sum tibi oneri, non vſui. Terent. Sunt hæ tibi nuptiæ cordi: id eſt, tibi placẽt. Sum tibi odio: id eſt, odio me habes. Eſt omnibus ludibrio: id eſt, omnes eum illudunt. Scandalo ſunt eccleſiæ, vel ſcandalum. Nobis ſunt documento, vel documentum. Et PER verba adiectiua] vt, Do tibi id dono, muneri, mutuo, fenori. Pignori do veſtem. Filiæ dedit agrum doti, vel dotem. Emit eam dono mihi. Tu tibi laudi ducis. Veniam tibi ſubſidio. An id ſibi ſtudio habet? HABEO tamen ferè vno dati- Habeo.
uo eſt contentum. Habet me odio. Nolo ludibrio haberi. Habebo negotium curæ: id eſt, negotium curabo. Riſui vel oſtentui hominem habent: id eſt, derident. Deſpectui habent: hoc eſt, deſpiciunt. Cic. Habere quæſtui Rempub. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium.

.i. hæ præpoſitiones. .i. exigere.

Circum, ante, in, cõtra, inter, ſub, poſt, præ, ſuper, ob, con,
Ad, faciunt verbum depoſcere ſæpe datiuum.

Sen. Verba compoſita cum his præpoſitionibus: Circũ, ante, in, cõtra, inter, ſub, poſt, præ, ſuper, ob, con, ad: ſæpe admittunt datiuos. CIRCVM] vt, Circumponunt aquã igni. Natã mediæ Circum.
circũligat haſtæ. ANTE] Te omnib' antepono. IN] Amori mul Ante. In.
ta inſunt mala. In amore hæc omnia inſunt mala. Innitor haſte. Indormis ſaxis. Inuigilas chartis. CONTRA] Cõtradicit Cæſa- Contra.
ri. INTER] Intermitte tuis interdũ gaudia curis. Omnibus re- Inter.
bus interfuit. SVB] Multa ſubiacent fortunæ. Succedo oneri. Sub.
Suboleuit patri. Et inexorabile fatum ſubiecit pedibus. POST] Poſt.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. Poſtpono pecuniam famæ. PRAE] Summum credo nefas, animam præferre Præ.

Super. pudori. Ceteris nititur præire. SVPER] Parũ ſupereſt vitæ. Ne
Ob. blãdo nequeant ſupereſſe labori. OB] Obſtrepis legenti. Virg.
Con. Occurſare capræ, cornu ferit ille, caueto. CON] Nolo hunc conferre vel cõparare illi, vel cũ illo. Terent. Cõmigrauit huic viciniæ. Si parua licet cõponère magnis: id eſt, cõponere cũ magnis.
Ad. Nec telis cõcurrere virginis audet. AD] Admolitus eſt illi manũ. Accubat fratri. Brabantia adiacet Flandriæ. Aduolutus eſt genibus. Adegit gladiũ pectori. Senatus mihi aſſenſus eſt. Vel tran
Aſſentior. ſitiuè, Cetera aſſentior Craſſo. Quædã etiam cum dictis præpoſitionibus compoſita, admittunt pro eodem datiuum vel accuſatiuum, vt infrà dicetur ibi, Ternum vel quartum.

.i. contingit. .i. omnia hæc verba. ſ. tu.

Contigit, accidit, euenit, & placet, adde datiuo.

.i. manifeſtum eſt. .i. otiũ eſt, vel licet. .i. vtile eſt.

Et libet, atque licet, liquet, & vacat, expedit: atque

.i. ſufficit, vel ſuccurrit. .i. cõtingit. .i. vtile eſt, vel prodeſt.

Suppetit, obtingit, confert, conducit: & iſta

.i. conuenit. .i. manifeſtum eſt.

Competit & conſtat, iungis ſimiles quoque voces.

Sen. His verbis, Contingit, accidit, euenit, placet, libet, licet, liquet, vacat, expedit, ſuppetit, obtingit, confert, conducit, competit, conſtat, cũ aliis ſimilibus datiuos iungimus: vt, Paucis cõtingit animi ſecuritas. Id accidit vel euenit inopinanti: Vndiq; mihi obtigit voto potiri. Mihi placet litteris nauare operã. Ei nõ libet, vel collibet prãdere. Omnibus liquet. Ouid. Nõ vacat exiguis rebus adeſſe Ioui: id eſt, non otiũ eſt. Virg. Hactenus indulſiſſe vacat: id eſt, licet, vt docti quidã declarant. Nõ expedit Reipublicæ. Cõfert huic rei, & ad hanc rẽ. Cõducit rebus tuis, & ad res tuas. Quod tuã in rem bene conducat. Et potu & fletu ſtomachũ conducit anethũ. Pauper enim nõ eſt cui rerũ ſuppetit vſus. Mihi nõ ſuppetit facultas alẽdi liberos. Non ſuppetunt vires, non ſuppe-
Liquet imperſonale actiuæ vocis. tunt diuitiæ. LIQVET imperſonale, teſte Phoca, caret præterito. Omnia itẽ actiuæ vocis imperſonalia carere futuro imperatiui, futuro infinitiui, gerundiis, & participiis, idẽ Phocas eſt auctor.

ſ. verba, & omnia paſſiuè ſignificantia. .i. datiuum. ſ. dtũm. ſ. in ablatiuũ mediante præpoſitione à, vel ab.

Hunc paſſiua regunt ternum, quem ſæpe reſoluis.

Sen. Paſſiui generis verba, cũq; his omnia paſſiuè ſignificantia, datiuos aſciſcunt: quos plerunq; reſoluimus in ablatiuos, intercedente præpoſitione à, vel ab. PASSIVA] vt, Videris mihi, vel à me. Neq; cernitur vlli: id eſt, ab vllo. Deſpectus tibi ſum: id eſt, à te. Non deſpero probatũ iri Varroni, vel à Varrone. VERBA

paſſiuè

paſsiuè ſignificãtia. PRIMO, neutro paſsiua]vt, Ioſeph venijt fra-tribus, vel à fratribus. Maluit à ciue ſpoliari, quàm ab hoſte venire: à Veneo, iui: id eſt, vẽdor. Ab eo fuſtibus vapulauit. A Domino factũ eſt iſtud. Caue tamẽ dixeris: Exſulat à Principe. Nubet à me femina. SECVNDO, deponẽtia paſsiuè ſignificãtia. Meditata ſunt mihi omnia mea incõmoda: id eſt, præcogitata ſunt mihi, vel à me. TERTIO, cõmunia in ſignificatione paſsiua]vt, Criminabitur mihi, vel à me. QVARTO, imperſonalia vocis paſſiuæ.] Nil ibi quod nobis eſuriatur erit: id eſt, à nobis. Nil eſt à me inſeruitũ tẽporis cauſſa. Minus eſt erratũ nobis, vel à nobis. Neutro paſsiua. Deponẽtia Cõmunia. Imperſonalia paſsiuæ vocis.

VERBA differendi: vt, Differo, diſcordo, diſcrepo, &c. ET ſeparandi: vt, Separo, aufero, eripio, & ſimilia, quandoq; etiã admittũt datiuũ reſolubilẽ in ablatiuũ à vel ab, præpoſitione intercedente. DIFFERENDI]Hor. Nec ſic enitar tragico differre cólori: id eſt, à tragico colore, vel ſtylo. Idẽ: Scire volo quantũ ſimplex hilariſq; nepoti Diſcrepet, & quantũ diſcordet parcus auaro: id eſt, quantũ diſcrepet à nepote, & diſcrepet ab auaro. SEPARANDI.] vt, Abſtulit, eripuit mihi vel à me. Abduxit vel ſubtraxit parentibus. Nõ potuit mihi auelli. Nulli ciuiũ quidquã ademit. Suet. Cũ immolãti aufugiſſet hoſtia. Virg. Quid furis? aut quonã noſtri tibi cura receſsit? BELLANDI verba figuratè non nunquã etiam admittunt datiuũ, qui declarari poteſt per ablatiuum, interueniẽte cũ. Et verba motus, datiuũ, qui exponi poteſt per accuſatiuũ mediante præpoſitione ad vel in, ſed apud Poëtas tantùm. BELLANDI]Solus tibi certet Amyntas: id eſt, tecum, hoc eſt cõtra te. Certẽt & cycnis vlulæ: id eſt, cũ cycnis. Placidone etiã pugnabis amori? Impar cõgreſſus Achilli. Non ineleganter etiã, Pugnat in hoſtẽ, Extra ordinẽ in hoſtẽ pugnauit. MOTVS]It clamor cælo: id eſt, in cælũ. Cõpellere hibiſco: id eſt, ad hibiſcum. Mercurius agit manes orco: id eſt, ad orcum. Commigrauit huic viciniæ. SIMILITER & alia verba]Ad hanc formã: Poſco te pœnæ. Paro me pugnæ: id eſt, ad pugnã. & ad pœnam. Non ſum natus laudi, nec armis. Cano receptui: id eſt, do ſignũ recipiendi ſe, & ceſſandi à pugna vel negotio. Differendi verba. Separandi. Bellandi verba. Verba motus. Poſco. Paro. Naſcor. Cano.

.i. datiuum. aut. .i. accuſatiuũ. .i. regunt.

Ternum vel quartum ſenſu tribuunt in eodem;

.i. expecto, vel præſto ſum. ſ. & maledico. retro adſpicio, vel adſpicio.

Præſtolor, noceo, benedico, reſpicioq́ue,

.i. falſam actionem intento. .i. cũ quadã inuidia vinco, vel imitari ſtudeo. .i. blandior.

Obiurgoq́ue, calumnior, æmulor, addis adulor:

.i.comes ſum. .i.tempero, aut rego. .i.medelam adhibeo. .i. occultor. .i.inſtare,vel futurum eſſe.

Et comitor, moderor, medicor, lateo, maneoq́ue:

ſup.verba. .i.hæ præpoſitiones. ſ.tu. ſ.verbis.

Et quæ componunt, præ, ad, ante, & in, addito dictis.

Sen. Præſtolor,nocco, benedico, reſpicio, obiurgo, calumnior, æmulor, adulor, comitor, moderor, medicor, lateo, maneo, nunc datiuis, nunc accuſatiuis adiuncta reperiũtur, ſenſu nihil immutato. His adcenſentur & ea verba quæ in compoſitione admittunt has præpoſitiones: Præ, ad, ante, & in. Cic. 1. inuect. Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Terent. Quem heic præſtolare Parmeno? Cic. Te præſtolor vſque ad tertium Nonas Maias. Cæſar: Huius aduentum præſtolans. Quidam ita præcipiunt, Præſtolor tibi: id eſt, præſto ſum. Præſtolor te, exſpecto. Iuro me nociturum nemini. Plaut. Iura, te nociturum eſſe hominem hac de re neminem. Iudica Domine nocentes me. Benedicere Reip. haud abſurdum eſt. Benedicam Dominum in omni tempore. Nunc autem noceo, benedico, & maledico, tantùm datiuum admittunt. Neſcis cui maledicas. Reſpicio potiùs cum accuſatiuo: vt, Reſpice me, in me, vel ad me. Apul. libr. IIII. Reſpicio pilæ mediæ, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit, quid illi facies, qui damnum dedit aut malum? Obiurgo filio vel filium. Oremus pro calumniantibus nos, vel nobis. Aemulatur veteribus, vel veteres. Quorum æmulari exoptat negligentiam. Item: Aemulor pari: id eſt, inuideo. Adulatur mihi, potiùs quàm Adulatur me. Tacit. Tigillinum aut quem alium potẽtium adulatus eſt. Pro eodem adulo. Lucret. Longè alio pacto gannitu vocis adulant. Val. Max. Si Dionyſium adulares, iſta non eſſes: id eſt, non comederes. A quo Cic. 1. Offic. paſsiuum protulit: Neque adulari nos ſinamus. In Tobia: Credo quòd Angelus Dei bonus comitetur ei. Potius cum accuſatiuo: Comitatur me. Paſsiuè autem acceptum ablatiuum exigit: Vno graditur comitatus Achate. Linguæ moderandum eſt. Suet. Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt. Terẽt. Qui ex ſua libidine moderatur nos. Virg. Senibus medicantur anhelis. Gnato vt medicarer tuo. Virg. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum. Idem: Semina vidi equidem multos medicare ſerentes: pro medicari, teſte Seruio. Medeor potiùs datiuum habet: vt, Philoſophia medetur animis. Medetur vulneribus. Luca. de æſtu maris. At mihi ſemper Tu quæcunque moues tam crebros cauſſa receſſus (Vt ſuperi voluère) lates. Plaut. Mihi latitabat. Me latet: id eſt, ignoro. Virg. Nec latuère doli fratrem Iunonis & iræ. Manet te & tibi ſupplicium: ſed manet te, vſitatius. Virg. Qui te cumque manent iſto certamine caſus. Ite,

Præſtolor. Noceo. Benedico. Maledico. Reſpicio. Obiurgo. Calũnior. Aemulor. Adulor. Adulo. Comitor. Moderor. Medicor. Medeor. Lateo. Maneo.

Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt. Et rurſum: Et tibi
pœna manet. PRAE] Sall. Homo ceteris præſtat animanti- Præ.
bus. Fab. Præſtat ingenio alius alium. Virg. Vel magnum præ- Præſto.
ſtat Achillem: id eſt, præſtantior & melior eſt. Præcello illi, vel Præcello.
illum: ſicut & excello illi, vel illum. Cic. Qui eloquentia ceteris Excello.
excelluit. AD] VT, Aduenerunt nobis dies pœnitentiæ. Ty- Aduenio.
riamque adueneris vrbem. Aſsidet inſano. Sall. Hiemſal Adher- Aſsideo.
balem dextra aſſedit. Attendit alienis rebus, vel res alienas. Plin.
epi. Noſti facetias hominis, quas velim attendas. ANTE] Hæc Attendo.
ei anteceſsit. Suet. in Auguſto: Magnificentia omneis anteceſ- Antecedo.
ſit. Omnibus ingenij gloria antecellit. Eloquentia ceteros ante- Antecello.
cellis. Virtus omnibus rebus anteit. Incredibile dictu eſt, quan- Anteeo.
to herum anteeo ſapientia. Ceteris antiſtat, vel ceteros. Gell. Vo- Antiſto.
cis claritudine ceteris antiſtabat. IN] Intende precibus no- Intendo.
ſtris. Intende preces ſeruorum. Certant illudere capto. Verbis Illudo.
virtutem illude ſuperbis. Inuideo gloriæ tuæ, vel gloriam tuam. Inuideo.
Vel cum datiuo & accuſatiuo. Virg. Liber pampineas inuidit
collibus vuas. Suet. Exeo inſultaturus omnium capitibus. Sall. Inſulto.
Multos à pueritia bonos inſultauerat. Quinct. Ne alienis de-
mum veſtigiis inſiſterem. Virg. Nulli fas caſto, ſceleratum inſi- Inſiſto.
ſtere limen. Inſto potius cum datiuo. Virg. Inſtant operi, regniſ- Inſto.
que futuris. Reperitur tamen cum accuſatiuo. Idem: Parte alia,
Marti currumq; rotaſque volucres Inſtabant. Plaut. Rectam in-
ſtas viam. Palpo vel palpor illi, vel illum: id eſt, adulor, docent Palpo.
quidā. Sed palpo potius accuſatiuum habet, palpor datiuum. Iu- Palpor.
ue. Quē munere palpat. Plaut. Obſeruatore quàm blandè mulie-
ri palpabitur. Horat. Cui malè, ſi palpare, recalcitrat vndiq; tu-
tus. MVLTAQVE verba conſtruuntur cum datiuo vel alio ca-
ſu, ſed id diuerſa ſignificatione. VERSVS.

Ternum aliúmve petunt caſum ſenſu variato:
Audio & auſculto, commendo, conuenioque,
Dimitto, timeo, metuo, vaco, do, referoque,
Feneror, inceſsit, cedo, accedo ſociabis,
Conſulo, & impono, conduco, deficioque,
Sufficio, recipit, contingit iungito dictis.

Audiui dicta tua, *Ic heb ghehoort*. Dicto non audierunt. Vel vſi- Audio.
tatius per participium: Dicto audientes non fuerūt: id eſt, nō ob-
temperarunt. Vel per duos datiuos: Dicto audiens erat flamen
Pontifici. Non nunquàm etiam per accuſatiuū in eo ſenſu. Cic.
Si me audies, vitabis inimicitias: id eſt, ſi mihi obtēperabis. Au-
ſculta pauca. Vel per ablatiuū: Auſculta paucis. Auſculta me. i. Auſculto.
audi, *Luyſtert*. Terent. An auſcultē ſeni: id eſt, obtemperem. Te-
rent. Vin' homini ſtulto auſcultare? Vel per accuſatiuum in eo-
dem ſenſu. Plaut. Niſi me auſcultas, atque hoc quod dico facis.

Cōmendo. Commendo te Regi:id eſt, amicè cōmitto. Commendo te apud
Conuenio. Regē:id eſt, laudo. Conuenit mihi: id eſt, conueniens mihi eſt.
Conuenit me:id eſt alloquitur me, vel ad loquendum accedit. Di
Dimitto. mitte nobis debita:id eſt, remitte. Dimitte nos, *Laet ons gaen*. Ti
Timeo. Metuo. meo, & metuo tibi, tanquā amico, ne malū tibi eueniat, *Ic vrees*
Vaco. *voor v*. Timeo te, *Ic vreeſe oft ontſie v*. Vaco Philoſophiæ:id eſt, o-
Do. peram do. Vaco Philoſophia, vel crimine:id eſt, vacuus ſum. Do
tibi litteras:id eſt, trado vt ad alium perferas. Do ad te litteras: id
Refero. eſt, ad te mitto. Refero tibi:id eſt, narro vel reporto. Refero ad ſe-
natum:id eſt, in conſultationem pono. De his referam ad Sena-
tum, potiùs quàm, Hæc ad Senatum referam. Refero tibi acce-
Feneror. ptum:id eſt, fateor me accepiſſe abs te. Feneror tibi: id eſt, do tibi
pecuniam ad vſuram. Feneror abs te id eſt, pecuniam accipio ad
Inceſſit. vſuram. Inceſsit mihi cupiditas: id eſt, ſubijt. Inceſsit me ille: id
eſt, me offenſurus petit & accuſat me: Hoc eſt præſentis tempo-
ris ab inceſſo, is: illud preteriti ab incedo. Cedo tibi: id eſt, locum
Cedo. tibi do. Cedo tibi ius meum: id eſt, concedo, *Ic ouergheue*: vel Ce-
do iuri meo. Vel per ablatiuum, ceſsit loco: id eſt, receſsit ex lo-
Cædo. co. Cedamus patria. Cædo te per æ diphthongon: id eſt, verbe-
Accedo. ro vel occido. Accedit huic rei vel dolori: id eſt, additur. Accedo te
Conſulo. vel ad te: id eſt, adeo. Conſulo tibi: id eſt, conſilium tibi do, vel
Impono. prouideo. Conſulo te: id eſt, conſilium abs te peto. Impono tibi:
id eſt, decipio, quaſi fraudem tibi impono. Habet plerunq; hoc
modo impoſtum in ſupino. Vnde impoſtor: id eſt, deceptor. Im
poſtura, deceptio. Impono onus humeris, *Ic opſette oft oplegghe*. Cō
Conduco. ducit tibi: id eſt, vtile eſt. Conducit te: id eſt, ducit, *Hy leydt oft buert*.
Deficio. Deficit tibi: id eſt, deeſt. Deficit te, id eſt, deſerit. Sufficio tibi: id
Sufficio. eſt, ſatis tibi ſum. Sufficio te: id eſt, in locum alterius te ſubſti-
Recipio. tuo. Recipio tibi: id eſt, promitto. Se curaturum recepit: id eſt,
Contingit. promiſit. Recipio te cum honore: id eſt, accipio. Contingit mi-
Interdico. hi: id eſt, accidit. Contingit me, tangit. INTERDICO ſæpè & e-
leganter conſtruitur cum datiuo & ablatiuo: rariùs autem cum
datiuo & accuſatiuo. Cic. Interdictum mihi erat aqua & igni.
Cum datiuo & accuſatiuo. Iuſtinus lib. v. Et cui paulò ante om
nem humanam opem interdixerat. Seneca, Interdico mihi in-
ſpectionem rerum naturæ. Ouid. Cui quondam regia coniux or
bem interdixit. Datiuus interdum ſolius feſtiuitatis cauſſa appo
nitur: vt, Suo ſibi hunc iugulo gladio. Horat. Quid mihi Cel-
ſus agit?

.i. verbum tranſitiuum. .i. accuſatiuum. .i. regit.

Verba cum accuſatiuo. *Verbum quod tranſit, ſibi quartum iure gubernat.*

Sen. Verba trāſitiua, accuſatiuos exigunt: vt, Amo Deū.
Numeras arenā. Saluta patrē. Bibis vinum. Iuua vel ad-
iuua nos. Loquor veritatem. Oſculatus eſt Chriſtum.

Poſtulo,

.i.poſco. .i.rogo.
Poſtulo,poſco,peto,doceo,rogo,flagito,calo, Verba vehementiſſimæ tranſitionis.
.i.veſtio. .i.moneo.
Exuo cum veſtit,monet,induo,calceo,cingo,
.i.doceo. .i.poſco.
Hortor & erudio,exigo,ſic interrogo & oro,
cõſiliũ peto. .i.interrogo. .i.valde oro. .i.duos.
Conſulo,percunctor, iubeo, obſecro,dant tibi binos
.i.diuerſas.
Accuſatiuos,varias res ſignificantes.
ſup. verborũ vehementiſsimæ tranſitionis. .i.accuſatiuum ſignificantem rem inanimatam.
Sed paſſiua regunt quartum tibi non animatum.

Sen. His verbis: Poſtulo,poſco,peto,doceo,rogo, flagito,cælo, exuo,veſtio,moneo,induo,calceo,cingo, hortor, erudio,exigo, interrogo,oro,cõſulo,percunctor, iubeo, obſecro, duos adiicere licet accuſatiuos res diuerſas ſignificantes: eò quòd vehementiſſimæ tranſitionis ſunt. At horũ verborum paſsiua,poſtulant accuſatiuũ rẽ inanimatã indicantẽ: vt, Id te poſtulat. Popoſcit me mutuũ. Tu modò poſce Deos veniã. Petit,rogat, flagitat,orat, exorat te veniam: vel petit,orat,&c. ex te veniã. Docuit me litteras. Dedocebo te iſtos mores. Cælo te hanc rem, vel hac re,vel de hac re: vel Cælo à te hanc rẽ, vel cælo tibi hanc rẽ. Cælo autem pro ſculpere,non eſt vehementiſsimæ tranſitionis. Exuo me veſtẽ,vel veſte: vel Exuo mihi veſtẽ. Induo te tunicam vel tunica, vel induo tibi tunicã. Veſtio te diploidẽ,vel diploide. Moneo & Conſulo,ſupra de verbis accuſandi. Calcea te caligas, vel caligis. Cingo me cingulũ,vel cingulo. Id te iam dudũ hortor. Erudiuit eum ſcientiã. Te veritatẽ exigunt,vel vſitatius, abs te veritatẽ exigunt. Interrogabant me multa, vel multis,vel de multis: vel, Interrogabant ex me multa. Sunt quæ volumus te percunctari. Iubeo te aliquid: vel, Iubeo tibi aliquid. Cicero: Te aliquid iuberent. Terentius: Immo filiũ iube potius. SED paſſiua regũt.] Inutile ferrũ cingitur. Induiturq́; togã. Per legatos cũcta eſt edoctus. Græcas litteras doctus aut eruditus, vel litteris Græcis. Saluſt. Sempronia litteris Græcis atq; Latinis docta. In Iob, Multò minora exigeris à Deo,quàm meretur iniquitas tua.

Cælo. Exuo. Induo. Calceo. Cingo. Hortor. Erudio. Exigo. Interrogo. Percunctor. Iubeo. Paſſiua.

OMNIA rogandi verba admittũt duos diuerſos accuſatiuos, præter Supplico, quod datiuũ exigit: vt Deo ſupplica. Terent. Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo. Antiqui tamẽ cetera etiã rogandi verba datiuo interdum iunxerunt, teſte Seruio: Virg. VIII. Cui me fortuna precari, Et vitta comtos voluit prætendere ramos. Terent. Ad precatorẽ ibo, credo qui mihi ſic oret. Sed heic, mihi datiuus, eſt cõmunis: vt ſit ſenſus, qui mihi ſic oret: id eſt,

Rogandi verba. Supplico. Oro. Precor.

Inſtruo. pro me. INSTRVO apud Pſalmiſtam legitur cum duobus accuſatiuis. Viam iuſtificationum tuarũ inſtrue me. Nos pro vr. & accuſatiuo ablatiuum addemus: vt, Inſtruo, imbuo, vel inſtituo liberos bonis litteris, non bonas litteras.

.i.verbũ abſolutũ. .i.ſi capiatur trãſitiuè. .i.regit. etiam. accuſatiuum.
Abſoluens verbum, ſi tranſit, habet quoque quartum,
ſ.verbum abſolutum. .i.accuſatiuum .i.præpoſitione.
Verba abſoluta cum accuſatiuo *Idq'ue ſubaudita dat quartum præpoſitura.*
ſ.verbũ abſolutũ. .i.actũm. .i.propriæ ſignificationis.
Exigit hoc quartum proprij quoque ſignificati.

Sen. Verbum abſolutum, ſi tranſitiuè capiatur, accuſatiuo ſeruit. Non nunquã etiam regit accuſatiuum ſubintellecta præpoſitione: quin et accuſatiuũ admittit propriæ ſignificationis. Virg.
Ardeo. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim: id eſt, ardenter
Sono. amabat. Nec vox hominẽ ſonat: id eſt, ſono exprimit. Virg. Pars
Stupeo. ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ: id eſt, ſtupens mira-
Pereo. tur. Perit ſeu deperit virginem: id eſt, inſanè & perditè amat. Cal
Calleo. let muſicam: id eſt, optimè ſcit. Ludit aſsiduè aleam. Olet vn-
Ludo. guenta: id eſt, olendo refert. Id ſapit mel vel aduſtionem. IDQVE
Oleo. ſubaudita] Lætor fortunam tuam: ſupple, propter. Hunc
Sapio. ſcio mea ſòlidè gauiſurum gaudia. Suſpirat longo non viſam tempore matrem. Id nunc ſuccenſes mihi. Id operam do: id eſt, propter id. Ne vicem noſtram iraſcaris. Doleo vicem tuam. Lugeo patrem. Plango amici caſum: ſubaudi, propter. Item, Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor: ſupple per. Similiter, Terram, mare, ſidera iuro: id eſt, per terram, &c. Lauinaque venit litora: ſupple ad. EXIGIT hoc quartum] Morior mortem. Quam hic vitam viuitis? Endymionis ſomnum dormis. Ite viam. Redite viam. ET quemadmodum hæc verba admittunt poſt ſe accuſatiuum propriæ ſignificationis; ita eorum veluti paſsiua ante ſe talis accuſatiui nominatiuum. Ouid. Iam tertia viuitur ætas. Iuuen. Dum luditur alea pernox. ALIQVOTIES pro accuſatiuo harum regularum legitur ablati-
Ardeo. uus. Horat. Donec non alia magis arſiſti: id eſt, donec non aliã
Oleo. magis amaſti, quàm me. Ouid. Perq; locos ſacros, & olentia ſul
Calleo. fure fertur. Gell. Omnium rerum vſu calleat oportet. Lætor tua fortuna, tuo gaudio. Vita viuet & non morietur. Eſt enim plerunque huiuſmodi ablatiuus cauſſæ, vel modi.

ſ.verbi perſonalis. .i.actũm. .i.exigit. .i.ante ſe.
Infinitiuus *Infinitiuus, quartum poſcit præeuntem.*

Sen. Proprius infinitiuorum caſus eſt accuſatiuus, præcedens eos: vt, Patricidas viuere eſt pernicioſum. Principem philoſophari expedit Reip. Terent. Meum gnatum rumor eſt amare. Lætor te affuiſſe. Idem: Audiuit filio non datum iri vxorem.

QVI ſciemus an accuſatiuus ab infinitiuo à fronte regatur? Quando accuſatiuus ipſe in nominatiuum poteſt mutari, & verbū infinitū in finitū, præpoſito quòd, vel vt: vt, Cupio te litteras diſcere: id eſt, cupio, vt tu diſcas litteras. Audiuit filio non datū iri vxorem: id eſt, quòd vxor non daretur, vel non danda eſſet filio. Dicitur in declaratione litteræ. INFINITIVVS verbi perſonalis] Nam ab imperſonali infinitiuus non habet ante ſe accuſatiuum: vt, Audio cantari. Accepi acriter pugnatum eſſe: ab Imperſonalibus cantatur, pugnatur. Si tamen tales infinitiui à paſsiuis intelligantur deducti, vtique admittunt à fronte accuſatiuum: vt, Audiui pſalmos cantari. Expedit noxios plecti. Ex his collige, verbi vehementiſsimæ tranſitionis infinitiuum plureis admittere accuſatiuos: vnum à fronte, in quantùm videlicet infinitiuus eſt: duos à tergo, in quantùm vehementiſsimæ tranſitionis: & accuſatiuos communeis: vt, Conſtat præceptorem hoc biennium docuiſſe pueros grammaticam.

.i.regūt. accuſatiuum. ſ.hæc verba. dedecet. oblectat.

Dant quartum iuuat, atque decet, delectat, oportet.
Præterit, & fallit. fugit, & latet, addito dictis.

Sen. Iuuat, decet, delectat, oportet, præterit, fallit, fugit, latet, accuſatiuos exigunt: vt, Me iuuat, ſeu delectat ludere. Me iuuat luſus. Virg. Non omneis arbuſta iuuant. Habebis, quæ tuam ſenectutem oblectet. Pueros decet eſſe verecundos. Decet pueros verecundia. Dedecet virginem impudentia. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Id factum non oportuit fieri. Nónne prius communicatum oportuit? Adoleſcenti morem geſtum oportuit: id eſt, morem gerere. Manſum oportuit: id eſt, manere oportuit: ab imperſonali, manetur. Me latet, me fugit, præterit, fallit: id eſt, ignoro. Virg. Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ. Admittit lateo etiam datiuum, vt dictum eſt ſuprà. Oportet apud antiquos ſimiliter reperitur perſonale, cum nominatiuo ſuppoſito. Terentius: Quæ aſſolent, quæque oportent. Varro de re Ruſtica: Tertia res eſt, nutricatu quæ obſeruari oporteat. Decet & iuuat apud veteres cum datiuo quoque leguntur. Terent. Facite vt vobis decet. Salluſt. Locū editiorem quàm victoribus decet. Plautus: Quando ita tibi iuuat, vale atque ſalue.

Lateo. Oportet. Decet. Iuuat.

.i.ablatiuum. .i.ſignificantem tempus quando, vel intra quod.

Omne regit verbum ſextum, de tempore quando:

pro &, vel quamdudum. .i.actō vel ablatiuo. .i.ponis.

Quamque diu tempus, quarto ſextóue reponis.

Sen. Omne verbum admittit ablatiuum tēporis, ſi quæſtio fiat per quando, vel intra quod tēpus. At ſi quæſtio fiat per quā diu,

vel

vel per quàm dudum, vel per quàm pridem, vel accuſatiuo ſeruit
vel ablatiuo. De tēpore quando.] Quando veniſti? Hora ter
tia. Noctevigilas. Luce dormis. Hiemenauigas. Aeſtate domi
deſides. Superioribus diebus ad te ſcripſi. Anno proximo te vi-
De nocte. ſam. Media nocte profectus eſt vel de media nocte. De ſecunda
De ſecūda vigilia. vel tertia vigilia copias eduxit. Hor. Vt iugulent homines, ſur-
gunt de nocte latrones. Vt teipſum ſerues, nō expergiſceris? In-
tra quod] Hoc opus tribus abſolui menſibus: id eſt, intra treis
menſeis. His diebus paucis Pōtifex factus eſt. Paucis diebus ho
ſtē in catenis eſt habiturus. Ouid. Si quoties peccāt homines ſua
fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit: id eſt, intra
Quā diu. tēpus exiguū. Qvam diu] vt, Quā diu cōmoratus eſt apud nos?
duos annos, vel duobus annis, vel per duos annos, vel ad duos
annos. Virg. Totidē durare per annos. Corn. Tacit. Armeniā pe-
tiuit, id temporis importunā. Idē: Apud finem Ligurum id tem-
poris erat: id eſt, per id tēporis: vel per Antiptoſim elegāter pro eo
tēpore. Cic. Dormit ad horas treis: id eſt, circiter treis horas, vt
quidā exponunt. Sed elegātiùs per accuſatiuū ſine præpoſitione.
Virg. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Vna cū gēte tot an-
nos bella gero. Menſeis treis abeſt. Stertit noctesq; diesq;. Rariùs
autē per ablatiuū: vt, Manſit autē Maria cum illa quaſi menſibus
tribus. Plin. lib. iiii. epiſt. Egerā horis tribus & dimidia. Qvam
Quādudū. dudū] vt, Quàm dudū obijt pater? Ad hinc treis menſeis, vel tri-
bus menſibus. Sed ſæpius per accuſatiuū. Horum pater, ab hinc
duos & viginti annos mortuus eſt. Ab hinc ſexaginta annos oc-
ciſus. Annos ſexaginta natus eſt. Putant quidā heic intelligi pre-
poſitionē ante. Dicitur autem, Quàm dudum, de re non adeò diu
Quāpridē. præterita. Quàm pridē verò, de re ante multos etiā annos facta.

.i. verbū motus vel diſtātiæ, .i. accuſatiuū vel ablatiuum. .i. regit.
Motus vel diſtans quartum ſextúmue gubernat.
ſ. prædictis. ſ. tu.
His quoque menſuræ verbum coniunxeris aptè.

Motus. Sen. Verba motus & diſtantiæ, nunc accuſatiuo iunguntur, nūc
Diſtantiæ. Menſuræ. ablatiuo: quibus rectè adiiciuntur & mēſuræ verba. Motvs]
vt, Perrexit duo miliaria, duo milia, duo paſſuū milia, vel duo-
bus miliariis, duobus milibus, duobus paſſuū milibus: vel, Feci
iter duûm miliū, vel ad ſecundū lapidē. Latum pedē. Latū digi-
tū. Latum culmū ne abieris. Latū vnguē hinc ne diſceſſeris. Ho-
rat. Milia tum pranſi tria repſimus. Distantiae] Abeſt à
continenti quingentis paſſuū milibus, vel quingenta milia. Eſt
ab vrbe ſeſquimiliariū vel ſeſquimiliario: id eſt, vno miliario &
dimidio. Abſum viginti paſſus, vel paſsibus. Duo milia hoſtes
aberant. Iter vnius diei aberant, *Een dachreyſe*. Ouidius: Milia qui
nouies diſtat ab vrbe decē. Idē: Iugeribusq; nouē ſummus qui di-
ſtat

ſtat ab imo. Virgil. Nec longius inter ſe paſsibus abſunt. Non nunquã ſubauditur accuſatiuus vel ablatiuus. Cicero: Nos properabamus in caſtra, quæ aberant bidui: ſupple, iter. MENSVRAE] vt, Patet in longũ quingenta ſtadia. Patebat quoq; verſus pedes triginta. Virg. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo: Treis pateat cæli ſpatiũ non amplius vlnas. Perſius: Pinguis aqualiculus propẽſo ſeſquipede extat. VERBVM autem ſignificans aliquid fieri vel factũ eſſe, conſtruitur cũ ablatiuo certę diſtantiæ, non cum accuſatiuo: vt, Captus eſt latro ſexto ab vrbe lapide, vel ſexto miliario: nõ ſextum lapidem, neque ſextum miliariũ. Quòd ſi nõ ſit diſtantiæ nomen, interponitur præpoſitio: vt, Captus in agro Tiburtino. Obtrũcatus in foro. Vel clarè ſubauditur: vt, Eodem loco obtruncatus: id eſt, in eodem loco. Nota regulam.

i..verbo compoſitæ figuræ. .i.accuſatiuum vel ablatiuum adiunges.

Verbo compoſito , caſum quandoque locabis,

ſup. actũm .i.re- .i.præpoſitio cum
vel abltũm git. qua componitur. .i.domum.

Quem dat componens, vt vis exire penateis.

Sen. Compoſitæ figuræ verbum, admittit nõ nunquam vel accuſatiuũ vel ablatiuũ, quẽ ipſa prępoſitio cũ qua cõponitur. DE accuſatiuo.] Vulcanũ alloquitur. Affaturq; Deos. Aliquot me adierunt. Quas vento acceſſerit oras. Idẽ: Traiecit copias Iberũ. Traduxit exercitũ Iſaram. Vbi alter accuſatiuus virtute præpoſitionis regitur, alter virtute ſimplicis. DE ablatiuo] Expulit me vrbe. Placidũ caput extulit vnda. Detrudunt naueis ſcopulo. Tectis excedere iuſsit, Egrediturq; domo. Exeat aula, qui vult eſſe pius. EXCEDO, egredior, exeo, & ſi qua ſunt ſimilia, non Excedo. nunquã etiã accuſatiuum admittunt, quaſi intelligantur compo Egredior. ni ab extra. Lucanus: Patrios excedere muros. Suet. Quamuis Exeo. ſtatuiſſet egredi tabernaculũ. Terentius: Cùm limen exirẽ. Exeo Exeo hominẽ: id eſt, morior, apud Solinum. Apuleius: Exibis aſinũ: id hominem. eſt, exues figurã aſini. Sed ſæpius ablatiuũ. DICITVR in littera, quandoq;] Nã compoſitum non ſemper habet accuſatiuum, vel ablatiuũ ſuę prępoſitionis, ſed quandoq; datiuũ: vt dictũ eſt ibi: Circum, ante, in, cõtra, &c. QVANDOQVE aliũ caſum] vt, Debello hoſtẽ. Expugno vrbẽ. Deridet me. Præcedã vos in Galilæã. Multorum cogitationẽ lingua præcurrit. Euado gradus, & ad Euado. gradus: id eſt, adſcendo. Sic exſto illum: id eſt, longior illo ſum, Exſto. legitur non nunquã. Videtur enim hoc modo vim habere tranſitiuorũ. SIMPLEX interdũ pro compoſito acceptum conſtructionem ſignificationemq; habet cõpoſiti. Ludis ne me? id eſt, illudis. Rideo patronũ, cui opus eſt aduocato: id eſt derideo. Scandunt rurſus equum: id eſt, aſcendunt. Præpoſitio in compoſitione quandoq; mutat ſignificationẽ ſimplicis: vt, Inuenio. Impo-

no,

no, pro decipio. Defero, pro accuſo, &c. Quandoque auget: vt, Perficio. Perlego, id eſt, vſque ad finem lego. Perfero, ad finem vſque fero. Non nunquam etiã minuit: vt, Subrideo, modicũ rideo, Subiraſcor, Subpauidus. Quandoque itẽ præpoſitio mutat genus & coniugationem: vt, Sperno, is: & aſpernor, aris.

.i. aliquid, pro &, ſup. verbũ. .i. ſignificans ablatiuum.

Verba cũ ablatiuo.

Remq'ue notans fieri, ſextum cauſſaq'ue modiq'ue,

.i. exigit. ſ. ex qua vel circa quam.

Aut inſtrumenti ſibi poſcit materiæq'ue.

Sen. Verbum ſignificans aliquid fieri, ablatiuũ exigit vel cauſſæ, vel modi, vel inſtrumẽti, vel materiæ ex qua, aut circa quam.

CAVSSAE] Viribus eũ vincit non dolo. Eo fine, vel ea cauſſa dixi. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Illius ergô venimus: id eſt, illius cauſſa. Nomen eſt indeclinatum ergô. Plurimùm valet auctoritate. Pollet ingenio. Præſtat virtute. Plus valet carmine, quàm oratione ſoluta, vel proſa. MODI] Summa eloquentia cauſſam egit. Mira celeritate rem peregit. Summa humanitate tractauit hominem, vel ſumma cum humanitate. Quod Fors fert, feremus æquo animo. Iniquo animo tulit. Ioco dixit non ſerio. Forti animo iſtã tolera militiam. INSTRVMENTI] Petijt me ſaxo, ſtricto ferro, fuſte. Cecìdit loris. Argumentis facilè refellã. Nititur haſta, ſed innititur haſtæ. MATERIAE ex qua] vt, Cudit ære, vel ex vel de ære. Multo cælauerat auro. Hor. Vetuſtis extruit lignis focũ. MATERIAE circa quã] Veſtitur purpura. Ornauit parietes aulæis. Poëtæ lauro coronantur. Inſtrue liberos honeſtis artibus. Affecit me gaudio, mœrore, dolore. Pluit lapidibus, lacte, ſanguine, vel pluit lapides, lac & ſanguinem. Summo te honore proſequitur: id eſt, plurimũ te honorat. Dono te libertate, vel dono tibi libertatem. Impertio te rebus meis, vel Impertio tibi res meas. Augeo te fortunis, & augeo tibi fortunas. Cumulo te lucro, & cumulo tibi lucrũ. MATERIA ex qua: eſt ex qua aliquid fit. Materia circa quam: eſt circa quam verſatur auctoris ſeu operantis intentio & induſtria: vt, Domus eſt materia circa quam fabri, calceamentum ſutoris, artes docentis.

Ergô. Nitor. Innitor. Pluo. Proſequor. Dono. Impertio. Materia ex qua, & circa quam.

i. ſignificantem certam, vel incer-
i. ablatiuum, i. regit, tam quantitatem exceſſus.

Exceſſus verbum ſextum dat certificantem.

Sen. Verba exceſſum indicantia, regunt ablatiuum ſignificantem certam vel incertã quantitatẽ exceſſus: vt, præſtat illi duobus aureis. Excedit illud quatuor pedibus. DE incerta quantitate: vt, Multis partibus te vincit, ſuperat, excellit, antecedit. Salluſt. Multò præſtat beneficij, quàm maleficij immemorem eſſe. Abeat multò malo quouis gentium. Incredibile dictu eſt, quanto herum

rum anteeo ſapientia. Verba cum, præ, ante, & poſt, compoſita, ponuntur cum his ablatiuis: Multò, paulò, aliquantò, tantò, quantò, eò, quò: Vel cum his aduerbiis: Multùm, paulùm, aliquantùm, tantùm, quantùm. Cetera autem verba habent multùm, parùm, &c.

.i. regunt ablatiuum. quinque hæc verba.

Dant ſextum, potior, veſcor, fungor, fruor, vtor.

Senſus. Potior, veſcor, fungor, fruor, vtor, poſcũt ablatiuos: vt, Hoſtes potiti ſunt caſtris. Potitus eſt amica. Auro vi potitur. Potitus eſt voto. Veſcor pane. Non veſcitur caſeo, carnibus, lacte, vino. Fungitur ſummis honoribus. Functus eſt officio. Fungitur magiſtratu. Defunctus eſt magiſtratu: id eſt, abſolutus eſt. Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Fruimur partis. Vita ipſa, qua fruimur, breuis eſt. Fruiturq; Deorum colloquio. Fruitur ſuauiſsimi amici conſuetudine. Cic. Amœnitate ſumma ſemper fructus. Et alius quidam: Summa gloria fruiſcor: id eſt, fruor. Id abs te peto, ſumma tua in me fretus humanitate ac liberalitate: id eſt, confiſus humanitati, &c. Nomen eſſe putant fretus. Vtitur aliena ſupellectile. Rebus ſuis abutitur, Expedit Reipub. ne quis re ſua malè vtatur. Inueniuntur hæc verba apud vetuſtiſsimos accuſatiuum non nunquam admiſiſſe. Terentius: Ille alter, ſine labore patria potitur commoda. Tute illorum officia fungere. Meretricem abuſus. Tectique auro iam veſcimur aurum. Potior etiam genitiuũ interdum. Cic. Otium nobis exoptandum eſt, quod ij præſtaturi videntur, qui potiuntur rerum: id eſt, qui omnium rerum obtinent imperium, ſeu arbitrium. Lacedæmonij longè lateque rerum potiti ſunt: id eſt, vicerunt. Salluſt. Vt priùs quàm legatos conueniret, Adherbalis potiretur.

Potior. Veſcor. Fungor. Fruor. Fruiſcor. Vtor. Potior.

DE CASIBVS ABSOLVTE POSITIS.

.i. ponuntur abſolutè, loco
.i. multi. orationis per du, ſi, vel quia.

SVnt ablatiui plures rectore ſoluti.

Senſus. Ablatiui plerunque ponuntur abſolutè, loco orationũ, quas per dum, ſi, quia, ſimileiſque voces efferre licet: vt, Me dormiente potas. Veniunt ad monumentum, orto iam Sole: id eſt, dum ego dormio, dum Sol ortus eſſet. Tonante cælo, lauro coronabatur Tyberius, contra fulminum ictus. Saturno Rege, aurea fuêre ſæcula. Te Pontifice hæc fiunt. Cicerone Conſule Catilina oppreſſus eſt. Te impulſore feci. Eraſmo præceptore, tantus hic euaſit. Me duce carpe viam. Plinius: Rex apum procedit foras, non niſi migraturo examine. Luca. Venturo Cæſare, Romam Ignauæ liquere manus. Sed id rarò per participium temporis futuri.

Quan-

.i.abſolutè ponis. .i.antecedēs,ſ.gratia relatiui interpoſiti.

Quandoque abſoluis præcedens,iure relati.

Sen. Antecedens non nunquā ponitur abſolutè, propter relatiuum interpoſitū. Sall. Idē velle & idē nolle, ea res demū firma amicitia eſt. Cic. Off. Ludo & ioco illis quidem vti licet, ſed ſicut ſomno ceteriſq; quietibus, tū cū grauibus ſeriiſq; rebus ſatis fecerimus. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Ver & æſtatem, tu plaſmaſti ea. PONVNTVR autē caſus omnes abſolutè: nā propter relatiuū interpoſitū, antecedens non habet verbum, neque regens. Relatiuū enim idētitatis nō reciprocū, & antecedēs, ſemper requirunt duo verba, vel vnū verbum bis poſitū. Relatiuum tamen diuerſitatis, vt alius, alter: et reciprocū, vt ſui & ſuus, vnico eſt verbo contentum: vt, Paulus & alius quidam naufragio perierunt. HAEC autē conſtructio, In conuertendo Dominus captiuitatē Sion, eſt aliàs inaudita & non Latina, vt inquit Valla. Auguſtinus autem in Pſalmos, ſic legit: Dum conuerteret Dominus captiuitatem Sion. Siue igitur dixeris nominatiuum abſolutè poni, ſiue non, parui refert.

DE CASIBVS ADVERBIALITER POSITIS.

ſ.vel motus in loco. .i.cōſtruuntur cū genitiuis oppidorum aduerbialiter poſitis. ſ.tales genitiui, .i.nomina oppidorum.

Quietis motus in loco

VErba quietis habent genitiuos, oppida ſi ſint

.i.ſingularis. primæ declinationis vel ſecundæ.

Vnius numeri, flexus primi alteriúſue.

.i.datiuum. .i.ablatiuum. .i.pluralis numeri. .i.tertiæ declin. ſ.verba quietis, vel motus in loco. pro vel, i.petunt.

At ternum aut ſextum, pluris terna'ue requirunt.

Sen. Oppidorum nomina ponuntur aduerbialiter in genitiuo, cum verbis quietis vel motus in loco, ſi fuerint ſingularis numeri, & primæ vel ſecundæ declinationis: Si verò ſint aut pluralis numeri, aut tertiæ inflexionis, in datiuo aut ablatiuo. IN genitiuo] Didicit bonas litteras Louanij & Lutetiæ. Negotiatur Lugduni. Iā diu fuit Romæ. Rhodi græciſſat. IN datiuo aut ablatiuo] Philoſophatus eſt Athenis. Diu vixit Gabiis. Mortuus tandē Gadibus. Pugnatū eſt Carthagini, vel Carthagine. Plaut. Fuêre Sicyoni iam diu Dionyſia, vel Sicyone. Cic. ad Atti. Conuento Antonio Tiburi. Idē ad eundē: Sextum nuntiauit cū vna ſolum legione fuiſſe Carthagini. Idē de Senect. Lacedæmone eſſe honeſtiſsimū domicilium ſenectutis. Plin. xxxv. cap. x. Effectum eſt Sicyone primum, deinde & in tota Græcia. Adiectiuū tamē apponitur ablatiuo tantū. Virg. Tyria Carthagine qui nūc Exſpectat. ADDVNTVR & hi datiui: Veſperi, luci, ſorti, tempori &

Veſperi. Luci, Sorti

ri et ruri, aduerbialiter etiã cõſtructi. Quid quoq; die dixerim, au Tempori.
dierim, egerim: cõmemoro veſperi. Venit ad nos veſperi. Gell. Si Ruri.
id luci feciſſent: id eſt, per diem. Cic. Quis enim audeat luci & in
militari via? Virg. Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti, id
eſt, per ſortẽ. Plaut. Sorti ſum victus. Idẽ: Venturus tẽpori: id eſt,
tẽpeſtiuè. Itẽ. Veniam aduorſum tẽpori. Aduorſum, id eſt, obuiã.
Et iterũ, Non ſatis tẽpori. Terent. Ruri ſe continebat. Cic. Hunc
ruri eſſe patiebatur. Pro datiuis leguntur interdum ablatiui: vt,
Eodẽ veſpere eſt reuerſus. Luce dormis. Rector nauis eligendus
eſt, nõ ſorte, ſed arte. In tempore ad eam venit. O valeant fruges,
ne ſint nõ rure puellę. Cic. ad At. Quã equidẽ rure eſſe arbitror. Si
autem addideris adiectiuũ, per ablatiuum ferè loqueris: Perſ. Ru
re paterno Eſt tibi far modicum. Columel. Iam eo rure, quod
paſcuo caret, poteſt contineri. Plin. tamen epiſt. Summo veſpe-
ri abeuntibus nobis, per datiuum ſcripſit.

.i. hi genitiui ponuntur aduerbialiter, cum verbis quietis vel motus in loco.

Militiæ atque domi, belli, reſidebis, humiq́ue:

.i. aduerbialiter. ſup. hos genitiuos.

Sic etiam poni terraq́ue togaq́ue videbis.

Sen. Genitiui in contextu relati, Militiæ, domi, belli, humi, ter- Militiæ.
ræ, & togæ, etiã ponuntur aduerbialiter cũ verbis quietis vel mo- Domi. Belli.
tus in loco. Sall. Domi militiæq; præclara facinora fecit. Militiæ Humi.
ſpectata domiq; virtus. Cic. 2. Offi. Quibuſcunq; rebus belli vel
domi poterunt augeant Rẽp. Virg. Qui legitis flores et humi na-
ſcentia fraga. Idẽ: Cõdidimus terræ. Gratus Principi belli togæ- Terræ.
que: id eſt, bello & pace. Sil. de Varrone Conſule temerario. Idẽ: Togæ.
Vt turbarum ſator, atq; attendere ſollers Inuidiã, prauusque to-
gæ, ſic debilis arte Belligera: id eſt, vt erat prauus domi, ſic erat in-
eptus foris, & rei militaris planè ignarus. Toga autẽ veſtis e- Togæ.
rat Romanorum, qua pacis tantũ tempore vtebantur, vnde factũ
eſt vt pro pace accipiatur. In eadem ſignificatione hæc nomi-
na ſubinde per ablatiuum quoq; efferuntur. Plin. Vt dubiũ ſit,
togáne an bello præſtantior fuerit. Sall. in Catil. Mari atq; ter-
ra præclara facinora fecit. Cic. Domo me contineo. Virg. Abde
domo: id eſt, in domo, auctore Seruio. Colum. Nec denſa na-
ſcitur humo. Idẽ: Vt pinguiſsima vel macerrima iacitur humo.
Immo hoc modo addito adiectiuo, per genitiuum loqui nõ li-
ceret. Humi etiã iungitur verbis motus ad locũ. Boëth. Deie- Humi.
cit humi mœſtior vultũ. Strauit humi pronã. Hi genitiui: Die
quinti, die noni, die priſtini & ſimiles, apud antiquiſsimos repe-
riuntur quaſi aduerbialiter prolati: vbi nunc ablatiuos dicimus:
Die quinto, die nono, die priſtino, &c. vt inquit Gell. lib. x. Mit-
te mecum Romam equitatum die quinti. Die noni Prætor dicit

D Quiri-

Quiritibus, Compitalia erunt. De his autem genitiuis die & ſimilibus, vide Etymologiam in quinta declinatione.

.i.verbum motus ad locum, conſtruitur cum accuſatiuis oppidorum aduerbialiter poſitis.

Adq́ue locum motus, quarto ſimul oppida iungit.

Ad locum. Sen. Verba motus ad locum, conſtruuntur cum accuſatiuis oppidorum aduerbialiter poſitis: vt, Profectus eſt Romam, Louanium, Athenas. ETIAM addito appellatiuo] Iuſtinus: Pictuã vrbem conceſsit. ET per Græca] Idem: Lacedæmona proficiſcuntur. Neapolim eſt conceſſurus.

ſ.noibus .i.hos treis accuſatiuos appellatiuos, etiam aduerbia-
oppidorũ. .i.etiam. liter poſitos cum verbis motus ad locum.

His quoque coniungis rus, adde domumq́ue domosq́ue.

Rus. Domum. Domos. Sen. Hi tres accuſatiui, Rus, domum, & domos, etiã aduerbialiter ponuntur cum verbis motus ad locum. Dum rus eo, cœpi egomet mecum cogitare. Abi domum propere. Iuuen. Inde domos abeunt. Ouid. Quò ruitis? veſtras quiſq; redite domos. HI accuſatiui, Suppetias, inferias, & infitias, non nunquã veluti aduerbialiter verbis motus ad locũ iunguntur: vt, Suis fugientibus ſuppetias ire contendit: id eſt, ad ſubſidium vel auxilium. Nunciabatur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire. Dixit etiam Suetonius per verbum tranſitiuum: Ferre ſuppetias. Oreſtes occiſo patri matrem miſit inferias: id eſt, ad vel in ſacrificia, quæ pro mortuis fiebant Inferis. Virg. Viuẽtes rapit inferias, quos immolet vmbris. It infitias: id eſt, infitiatur ſeu negat. Iuit infitias: id eſt, negauit. Si hæc palam proferimus, ille infitias ibit.

Suppetias. Inferias. Infitias.

Alij accuſatiui. ALII quoque accuſatiui aduerbiaſcunt, tã ſubſtantiui, quàm adiectiui. SVBSTANTIVI] Horat. Paſtorẽ ſaltaret vti Cyclopa rogabat. i. inſtar paſtoris, ſeu, vt ita loquar, paſtoraliter. Boëth. Aſinũ viuit: id eſt, aſininè. Iuuen. Bacchanalia viuunt: id eſt, bacchanaliter, ſeu deliciosè. ADIECTIVI] vt, Longũ formoſe vale: id eſt, longè, ſeu diu. Aeternumq́; vale. Virg. Tranſuerſa tuentibus hircis: id eſt, tranſuersè. Suaue rubẽs hyacinthus: id eſt, ſuauiter. Sublime expulſam: id eſt, ſublimiter. Et mœſtum illachrymat: id eſt, mœſtè. Iuuen. Si rectũ minxit amicus. i. rectè. Alij etiam caſus: vt, Fors & vota facit: id eſt, fortaſsis. At qui huiuſcemodi ſtructuris vti volet, iis demum vtatur, quę à probatis ſunt auctoribus vſurpatæ.

Alij caſus.

.i.verbum motus de loco, conſtruitur cum ablatiuis oppidorum aduerbialiter acceptis.

.i.verbum motus per locum ſimiliter conſtruitur cum ablatiuis oppidorum aduerbialiter poſitis.

Motus de loco. *Motus deq́ue loco ſexto coniungitur, & per.*

Sen. Verba motus de loco, & per locũ, cũ ablatiuis oppidorum aduerbialiter poſitis conſtruũtur. MOTVS de loco] Venit Roma,

ma, Reuerſus eſt Louanio, Athenis: id eſt, de Roma, &c. Cic. II. Off. Aratus profectus Argis Sitionē, clādeſtino introitu vrbe potitus eſt. PER locũ.] Ex vrbe rediens feci iter Agrippina. i. per Agrippinã. Louanio ſum facturus iter: id eſt, per Louaniũ. Sed ſępe addimus præpoſitionē, vitandæ ambiguitatis cauſſa. NEC excluſeris à regulis oppidorum iam datis nomina compoſita, cùm ipſa quoq; aduerbiaſcãt interdum: ſiue Græca, vt Neapolis, Nicopolis, Conſtantinopolis: ſiue Latina, vt Nouũ comum, Regiũ lepidũ, &c. Suet. in Cæſare: Retulit etiam, vt Colonis quos Nouum comum dux illſet ciuitas adimeretur. Idē in Galba: Carthagine noua conuentum agens, tumultuari Gallias comperit. Quorum multi ſunt Regij lepidi, ſcripſit quidã. HVC reducito etiam vicorũ ſeu pagorum nomina, quæ ſimiliter vice aduerbiorum poſita leguntur: vt, Inauſpicatò Romani contulerunt ſe Cannas. Et Cannis conſumta iuuentus. Cannæ, arum, nomen vici Apuliæ. APPELLATIVIS, ſiue maiorũ locorum nominibus ferè præpoſitio additur: vt, Egit cauſſam in foro. Negotiatur in Britannia. Profectus eſt in Hiſpaniam. Reuerſus in Prouinciã: Abiit in forum. Rediit è Gallia. Ex templo. VEL ſubauditur præpoſitio. Virg. Non Libye non ante Tyro deſpectus Hiarbas: id eſt, in Libye; dicimus enim Libye, es, & Libya, æ: & in Tyro, teſte Seruio. Itē: Ibitis Italiã, ſupple ad, vel in. Deuenêre locos lætos. ETIAM oratione ſoluta. Suet. Ab Actio cùm Samum inſulã in hiberna ſe recepiſſet Cæſar. Varro cũ itinere cōuerſo ſe Italiã venturum promiſiſſet. Interdum etiam ciuitatum propriis additam legimus præpoſitionem, ſed rarius quàm vt libenter imitemur: vt, Eo die Verres ad Meſſanam venit. Ita & apud Cæſarem & alios non nunquam.

Nomina oppidorũ compoſita.

Vicorum nomina.

.i. hi duo ablatiui rure & domo, ſimiliter ad- ſcilicet militia, bello, & humo:
uerbialiter ponũtur cũ verbis motus de loco. q̃ nõ ponuntur aduerbialiter.

Rure domoq́ue venit ditis, ſed cetera ſperne. Rure. Domo.

Serũ. Duo reperiuntur ablatiui, nempe rure & domo: qui etiam ponuntur aduerbialiter cum verbis motus de loco: Terent. Timeo ne pater iam rure redierit. Domo progreditur. QVIA iam egimus de locorũ vocabulis, nõ ab re fuerit aliquantulum obiter ſubiicere de eorũ interrogatiuis, & quemadmodũ ad ſingula reſpondeatur. Quatuor igitur ſunt interrogatiua locorũ, Quò, id eſt, ad quē locũ. Quà, id eſt, per quem locum. Vbi in quo loco, & Vnde, id eſt, de quo loco. QVÒ abis? Louanium, Lutetiam, rus domũ. In Germaniam, ad nundinas. ITEM Huc, ad locũ vbi ego ſum. ISTVC ad iſtum locũ, vbi videlicet tu es. ILLVC, ad iliũ locũ vbi neq; ego ſum neq; tu. INTRÒ, id eſt, ad locũ interiorē. FORAS, *buyten vvaert*. Eò: id eſt, ad eum locũ, eodem, aliò, aliquò, quolibet, quouis, nuſquã. LEGVNTVR itē, hòc, illò, iſtò, pro huc,

Interrogatiua locorum.

Quò.

Huc.

Iſtuc.

Illuc.

illuc,iſtuc.Virg. Hoc tunc ignipotēs cælo deſcēdit ab alto. Plaut. Neq; iſtò redire his octo poſſem menſibus. Cic. libr. 1. epiſt. Illò ſi veneris. Tacit. Illò propinqua veſpera Tribunus venit. QVORSVM, id eſt, verſus quē locū, cōpoſitū ex quò & verſum: vt, Quorſum diuertit? Antuerpiam verſus, ad forū verſus: vel ſine ad, Dextrorſum, ſiniſtrorſum, læuorſum, ſurſum, deorſum, retrorſum, antorſum, nō antrorſum, horſum, aliorſum. Quoquòverſus. i. circuncirca. Legitur etiā quorſus pro quorſum. Quouſq; perueniſti? Hucuſque, iſtucuſq;, illucuſq; eouſq;, hactenus, &c. Itē Romam vſq;, ad Alpes vſq;, ad forū vſq;. QVA veniſti? vel qua feciſti iter? Colonia, id eſt, per Coloniā. Per forū, Per tēplū. ITEM hàc, id eſt, per hāc viā, illàc, iſtàc. EA: id eſt, per eā viā. Aliā, id eſt, per aliā viā. Rectā, id eſt, per rectā viā. Quaquā, id eſt, per quamcunq; viā. Quaq;, id eſt, per quāq; viā. Qualibet, ſiquā, nequā, aliquā, aliā, vtraq;. Plaut. Is deniſui eſt quaquā incedit omnibus. Terent. Cur non rectā introiſti? VBI ſe continet? Louanij, Romæ, Neapoli, Carthagine, militiæ, domi, belli, ruri. Item, heic, illic, iſtic, Intus, *binnen*, Foras, *buyten*. Vbique, id eſt, in omni loco. Alicubi, in aliquo loco, & Alibi, id eſt, in alio loco. Aliubi, id eſt, in aliquo alio loco. Ibi, ibidē. Sicubi, id eſt, ſi alicubi. Necubi, id eſt, ne alicubi. Inibi, id eſt, in eodē loco. Neutrobi, id eſt, in neutro loco. Vtrobiq;, id eſt, in vtroq; loco. VNDE venis? Roma, Louanio, rure, domo, de foro, de templo. Item hinc, illinc, iſtinc: id eſt, de hoc, iſto & illo loco: foris, *van buyten*. Intus, *van binnen*. Vtrinque, id eſt, ex vtraque parte. Hincinde, *van hier ende daer*. Extrinſecus, intrinſecus. Aliunde, id eſt, ex alio loco. Alicunde: id eſt, ex aliquo loco. Necūde: id eſt, ne ex aliquo loco. Sicunde, id eſt, ſi ex aliquo loco. Vndeuis, vndecunq;. Vndiq;, ex omni loco. Superne, id eſt, ex ſuperiori parte. Inferne, ex inferiori parte, ſeu loco. Horatius: Mulier formoſa ſupernè. Lucanus: Lapſuſq; ſupernè. NVSQVAM & vſquā reſpondētur ad vbi cum verbis quietis, vel ad quò cū verbis motus ad locū. Ouid. Et quā nō inuenit vſquā, eſſe putat nuſquā. Terent. Nuſquā abeo. Ita et peregre variat: vt, Peregre viuit. Peregre abiit. Peregre rediit. Et ſimiliter foris & intus: vt, Foris ſum, foris venio. Intus eſt, intus venit. Foras autē & intrò ad locū duntaxat denotant: vt, Abiit foras, vel intrò. NOMINIBVS aduerbialiter acceptis addūtur ſubinde adiectiua. Ouid. in epiſt. Atq; aliquis doctas iā nunc eat inquit Athenas. Iuuenalis: Laudo tamē, vacuis quòd ſedē figere Cumis Deſtinet. Cicero ad Atticū: Malo cū timore domi eſſe, quàm ſine timore Athenis tuis. Idē: Nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cū periculo alienæ? Ouid. Quò ruitis? veſtras quiſque redite domos. Porrò obliquis nominis domus aduerbialiter acceptis, hæc ferè adiectiua iunguntur. Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra,

Quorſum. Quouſq;. Quà. Quaquā. Quaque. Vbi. Alicubi. Aliubi. Sicubi. Necubi. Inibi. Neutrobi. Vtrobiq;. Vnde. Nuſquam, & vſquam. Peregre. Intus. Foris. Intrò. Foras.

ſtra, & aliena. Salluſtius tamen in Iugurt. aliud addidit. Aurum atque argentum, & alia quæ prima ducuntur, domum regiã cõportant. Adduntur item aliarum dictionum genitiui: vt, Eram domi illius, domi Cæſaris, vel Pompeij, vt placet Vallæ.

De constructione supinorum, gerundiorum, & participiorum.

.i. verbis motus ad locum.

Verbis motiuis, coniunge priora ſupina.

.i. poſteriora ſupina, ſæpe cõſtruũtur cũ quibuſdã noĩbus adiectiuis

Poſteriora ſibi ſociabit mobile ſæpe.

Sen. Prius ſupinũ, aptè iungitur verbo motus ad locũ: poſterius verò ſupinũ eleganter conſtruitur, cum quibuſdam adiectiuis.

Priora ſupina.] vt, Eamus ſpectatũ ludos. Abiit piſcatũ. Stultitia eſt, inuitos canes ducere venatũ. Posteriora] vt, Turpe dictu, id eſt, turpe ſi dicatur, vel vt dicatur. Miſerabile viſu. Difficile creditu, facile auditu. Procliue factu. Sunt autẽ poſteriora ſupina ferè paſsiuæ ſignificationis. At in his: Surgit cubitu, rediit venatu: nomina potius cẽſenda ſunt, quàm ſupina. Tametſi quidam contẽderint eſſe ſupina, cũ verbis motus de loco cõſtructa. Supina.

.i. quemcunq; caſum regit verbũ poſt ſe, eundem regit & participium.

Quem caſum verbo, iunges & participanti, Participia

& gerundia. .i. in eadẽ ſignificatione, in qua & verbũ regit talẽ caſum.

Atque gerundiuis, ſimili ſed ſignificatu. Gerundia.

Sen. Quemcunq; caſum regunt poſt ſe verba, eundẽ regũt & ipſorũ gerundia & participia: ſeruata ſemper eadẽ ſignificatione, quæ eſt in verbis. De participiis] vt, Conſulens tibi. Donaturus tibi veſtẽ. Donaturus te veſte. Fruiturus te. Tuarũ miſertus fortunarũ. Diligẽdus omnibus, vel ab omnibus. Semper etenim eandẽ oportet habere ſignificationẽ in participio, quæ eſt in verbis: vt, Oſculans & oſculaturus te, ſicut & oſculor te in ſignificatione actiua, & à te oſculandus in paſsiua duntaxat. Participia verò præterita verborũ cõmuniũ cũ vtranq; habeãt ſignificationẽ, vtriuſq; etiã obtinẽt conſtructionẽ: vt, Oſculatus eũ, & ab eo rurſum oſculatus. Participia itẽ à verbis ſubſtãtiuis, vocatiuis & eorũ vim habentibus deducta, more ipſorũ verborũ nominatiuũ quoq; à tergo admittũt, etiã ſi præceſſerit vocatiuus: vt, Nate meę vires, mea magna potẽtia ſolus: ſupple ens. Aue Cæſar ſummus Imperator, ſupple ens. Plin. Salue primus omniũ parens patriæ appellate. Domine Dominus noſter: id eſt, Domine ens Dominus noſter. Ad hanc quoq; formã poteris nõ malè reducere: Popule meus quid feci tibi? quaſi diceret: Popule ens meus, vel qui es meus, niſi dixeris meus eſſe vocatiuũ vetuſto more prolatum. In vocatiuo tamẽ concordantiã ſubinde ſecuti ſunt auctores, potius quàm ſubſtantiuorũ conſtructionẽ in his præſertim, Factus, Factus.

Habitus. Creditus.

habitus, & creditus. Propert. Lectule deliciis facte beate meis. Ser. Anchiſa digne habite cõiugio Veneris. Catul. Rufe mihi fruſtra, ac ne quicquã credite amice. At ſi nõ præceſſerit vocatiuus, talẽ ſemper habẽt caſum à tergo, qualẽ & à frõte: vt, Ciceronẽ tradũt parentẽ patriæ appellatũ. Cũ homine credito fure. De gerũdiis] Legẽdo libros doctus euades. Ad diſcendũ litteras veni, ad inſeruiendũ tibi, ad fruẽdũ amico. Virg. Pacẽ Troiano ab Rege petendũ. Varro lib. 11. Frenos ſuſpendendũ, ſupple eſt. Vertuntur elegãter gerundia caſum regẽtia in nomina gerũdiua ſine regimine: vt, Cauſſa viſendi te, & cauſſa viſendi tui. Ad diſcendum litteras, & ad diſcendas litteras. Legendo libros doctus euades, Legendis libris doctus euades. Etiam in diuerſo numero per genitiuum præſertim. Plin. Cũ illorũ videndi gratia me in forum contuliſſem. Ita Liuius: Veſtri adhortãdi cauſſa. Differunt ne huiuſmodi adiectiua gerundiua à participiis in dus, cũ ipſa gerundiua per omneis etiã caſus declinẽtur more participiorũ? Differunt ſcilicet, nẽpe ſignificatione. Nã gerundiua neceſsitatem ſignificant, aut officium ſine tẽpore: participia verò paſsionem cũ tempore futuro, exponunturq; per verbum paſsiuum futuri tẽporis, modi indicatiui: vt, Cædẽdi ſunt pueri: id eſt, officij eſt, ſeu neceſſum eſt pueros cædi, ſi gerũdiuum eſt: ſin participium, id ſignificat quod cædentur pueri.

ſeu gerundiis. .i. ex propria natura & præter caſum ſui verbi.

Sæpe gerundiuis proprio dabo iure datiuos.

Sen. Gerundiis, præter caſum ſui verbi, ſæpe datiuos addimus, ex propria ipſorum natura: vt, Abeundum eſt mihi, Si vis me flere, dolendum eſt primum ipſi tibi. Hae autẽ conſtructiones, In conueniẽdo populos in vnum, In deficiendo ex me ſpiritum meum, ſunt præter Latinorum morem, ad imitationẽ Græcorum prolatæ. Gerundia inueniuntur non nunquam etiam paſsiuè accipi: vt, Vritq́ue videndo femina: id eſt, dum videtur, vel per hoc quod videtur. Alitur vitium creſcitq́ue tegẽdo: id eſt, dum tegitur. Quinct. Memoria excolẽdo augetur, per hoc quòd excolitur. Iuſt. Athenas erudiẽdi gratia miſſus: id eſt, vt erudiretur. Gerundia in di pendent à quibuſdam nominibus ſubſtãtiuis: vt, Nunc non eſt narrandi locus. Opportunitas conueniendi amicã. Vel ab adiectiuis verbalibus & ſimilibus: vt, Audiendi auidus. Prudentiſsimus adulandi. Gerundia in do à quibuſdã verbis. Incedis fabulãdo. Tacẽdo refellis. Vel cum præpoſitionibus. In defendendo maior labor eſt, quàm in accuſando. In pugnando viribus eſt opus. Pro rectè ſcribendo, noctem inſomnem duxi. De aptè dicendo præcipimus. Cic. De tranſeundo in Epeirũ cogitare cœpit. Ex defendẽdo maior gloria, quàm ex accuſando cõparatur. A ſcribendo vacabam. Ratio rectè ſcribendi,

Gerundia paſſiuè accepta.

Gerundia in di.

In do.

iuncta

iuncta cum loquendo eſt. IN dum gerundia nominatiui caſus, cum verbo Eſt cõſtruuntur: vt, Studendum eſt, Ferendũ eſt. Accuſatiui verò cum præpoſitionibus: vt, Iuit ad capiendum hoſtem, ad audiendum præceptorem. Inter cœnandum audiui: id eſt, dum cœnaretur. Inter agendum veni ob te, vel propter te redimendum. Virgilius: Namque ante domandum Ingenteis tollent animos. In dum.

.i.quando regit alium caſum, quàm ſuum verbum à quo deſcendit. .i.participium.

Dum mutat regimen, fit participans tibi nomen: Participiũ fit nomen.

pro quando. .i.dum comparatur. ſ.nos.

Dum perdit tempus, dum comparat aſſociamus

.i.quando participiũ cõponitur cũ aliqua dictione, cumqua ſuum verbum componi non poteſt. ſ.participium.

Iſtis compoſitum, dum ſimplex fit tibi verbum.

Sen. Quatuor modis participium trãſit in nomen. PRIMÒ, cùm alium regit caſum, quàm verbum à quo deducitur. SECVNDÒ, cùm tempus determinatum amittit. TERTIÒ, dũ comparatur. QVARTÒ, quoties aliter componitur participium, quàm verbum eius. DVM mutat regimen] vt, Fugitans litium. Doctus grammaticæ. Expertus medicinæ. DVM perdit tempus] vt, Amandus: id eſt, dignus amari. Reuerendus: id eſt, dignus quẽ reuereamur. Sin exponantur per verba paſsiua, futuri temporis, modi indicatiui, vt Amandus, qui amabitur, Colendus, qui coletur, participia ſunt. DVM comparat] vt, Doctus, ior, iſsimus: Cupiens, entior, entiſsimus. ASSOCIAMVS iſtis compoſitum] vt, Indoctus, immaculatus, inexpertus, nomina ſunt: quia indoceor, immaculor, &c. non dicimus.

QVAEDAM ſunt nomina, quæ quamuis formam ſeu vocem habeant participiorum, non tamen participia ſunt, quia carent temporibus & verbis à quibus formantur: vt, Galeatus, pileatus, tunicatus, prætextatus, comatus, criſtatus, haſtatus, ſtellatus, litteratus, turritus, cornutus, aſtutus, hirſutus, &c. Quædã etiam ſunt participia abuſiua ſine origine verbi, vt inquit Seruius: vt, regnatus, laboratus: non enim dicitur laboror, nec regnor in ſignificatione paſsiua. Sunt tamen participia non nomina, quia cum tempore ſignificant. Virg. Arte laboratæ veſtes: id eſt, labore perfectæ. Idem: Acri quondam regnata Lycurgo: id eſt, recta ſeu gubernata. Talia quoque dici poſſunt: Pigendus, pœnitendus, carendus, colendus. MVLTA tum participia, tum nomina participiis ſimilia in voce paſsiua actiuam habent ſignificationem: vt, Cautus, qui cauet, vel qui nouit cauere ſibi. Argutus: id eſt, ſonorus, callidus, vel breuis. Tutus, qui tuetur actiuè ſeu defendit: vt, Tutus portus, qui tuetur naueis.

Participiũ vocetantũ

Participiũ abuſiuè. Regnatus. Laboratus

Pœnitendus. Argutus. Cautus. Tutus.

Conſideratus. Circumſpectus. Concretus. Difertus. Contentus. Scitus. Fluxus. Iuratus. Profuſus. Inueterat⁹. Defectus. Excretus. Exoletus. Adultus. Ignotus. Tacitus. Falſus. Euidens. Indulgens. Magnific⁹. Honorificus.

Conſideratus,qui agenda conſiderat. Inconſideratus,contrariũ. Circũſpectus,qui circũſpicit. Sed conſpicuus, qui ab omnibus conſpicitur. Concretus,qui concreuit:vt, *Concreta flumina*: id eſt,congelata. Concreti ſanguine crines. Difertus,qui bene diſſerit,minus eſt quàm eloquens. Contentus,qui cõtinet quod animo ſuo ſatisfacit, *Te vreden*. Scitus: id eſt, ſciens,vel ſcitè factus. Fluxus, qui fluit: vt Fluxa eſt huius mundi gloria:id eſt , tranſitoria. Iuratus,qui iurauit. Profuſus,qui profundit ſua, hoc eſt, prodigus:vt, Catilina erat ſui profuſus,alieni appetens. Inueteratus,qui ſenuit. Defectus,qui deficit:vt, Defecta labore ſenect⁹. Mart. Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cantator cycnus funeris ipſe ſui. Excretus,qui excreuit, *Volvvaſſen*: vt, Excretos hœdos, ſcripſit Virgilius. Exoletus,qui exoleuit, *Veroudert*. Adultus,qui adoleuit. Ignotus,qui ignorat. Quinct. Si quis tamen errat ignotus. Vel etiã qui ignoratur. Tacitus,qui tacet,vel qui tacetur. Virgil. Quis te magne Cato tacitũ aut te Coſſe relinquat. Tacitũ paſsiuè:id eſt,cælatũ. Falſus,qui fallit, vel qui fallitur:vt, Falſus eſt:id eſt,deceptus eſt. E DIVERSO quædam in voce actiua paſsiuã habent ſignificationẽ:vt, Euidens negotium, quòd videtur apertè. Indulgentior facies:id eſt,pulcra, & cui indulgetur ab aliis,non quæ indulget. Magnificentiſsima & honorificẽtiſsima res:id eſt,magnificè & honorificè facta. Vel actiuè. Homo magnificus,magna faciens. Participia præſentis temporis quandoq; præteritũ ſignificant. Cic. Cùm è Sicilia deſcendens Rhodũ veniſſem:id eſt, poſtquàm è Sicilia deſcenderã, & Rhodum veniſſem. Nam apud Latinos verba actiua carent participiis præteriti temporis. Non rectè igitur dixeris, Cùm è Sicilia proficiſcens Rhodum veniſſem:cùm dicendum foret, Cùm Sicilia profectus, &c. per participium præteritum.

DE CONSTRVCTIONE ADVERBIORVM.

Aduerbia demonſtrandi

.i. aduerbium demonſtrãdi. .i. nominatiuum, vel accuſatiuum.

D*Emonſtrãs, rectũ quartúmue poteſt dare caſum.*

Ecce. En. Hem. Eccũ,&c. Ellũ,&c.

Sen. Demonſtrãdi aduerbia, vel nominatiuũ exigunt poſt ſe vel accuſatiuũ:vt, Ecce agnus Dei. Cic. Ecce tibi ſtatus noſter: vbi datiuus quoq; apponitur. Ecce me, Ecce rẽ: ſed cum accuſatiuo rariùs. Poniturq; ecce plerunq;, vbi quid de improuiſo fieri ſignificamus. Virgil. En Priamus, En quatuor aras. En agros, & quam bello Troiane petiſti. Porrò En exprobrãtis accuſatiuo gaudet. Hem Dauus. Hem aſtutias. Hem hominis audaciam. Eſt enim hem etiam demonſtrandi aduerbium, nedum interiectio , vt infrà habebis. AB ECCE veniunt Eccũ, eccam, eccos, eccas, & ecca:id eſt, ecce heic eum de quo agebã, vel eos, &c. Ecca fundi noſtri calamitas. Et ab En, ellum, ellam, ellos, ellas:id eſt, en illic eũ

de quo

de quo agebamus. Suntq́; pronómina, cùm genus ac numerum
recipiant. Reperitur etiã eccum vetuſto more poſitũ pro ecce: vt, Eccum.
Donicũ pro donec. Terent. in Adel. Eccũ Mitio ꝓgreditur foras. Donicum.

Temporis atque loci patriis aduerbia iungis. Aduerbia tẽporis & loci.

Sen. Tẽporis & loci aduerbia, genitiuos requirũt. TEMPORIS]
vt, Tunc tẽporis. Tum tẽporis. Interea temporis. Interea loci: id Tunc.
eſt, temporis. Pridie Kalendarum, & pridie Kalẽdas, ſupple an- Tum. Pridie.
te. Poſtridie eius diei venit quo tu, vel quã tu veniſti. LOCI] vt, Poſtridie.
Eo impudentiæ. Cæſar: Eo diſcordiæ ventũ eſt. Perſius: Huccine
rerum venimus? Eò loci redacta eſt res. Quoquo terrarũ iturus.
Aliquo terrarum. Vbi terrarum ſim neſcio: Tu autem abis lon-
gè gentium, Cicero ad Atticum.

ſ. prædictis. ſ. tu. .i. quãtitatis, quæ ſimiliter genitiuũ admittunt.

Iſtis coniunges aduerbia quantificandi.

Sen. His adduntur & quantitatis aduerbia, quæ ſimiliter geni- Quãtitatis
tiuos admittũt: vt, Satis eloquẽtiæ, ſapientiæ parũ. Non ſigni ſat Partim.
eſt. Partim hominũ: id eſt, quidã homines. Affatim viriũ: id eſt, Affatim.
abundè & ſatis viriũ. Liui. Habetis affatim lignorũ. Virg. Ter- Abundè.
rorum & fraudis abundè eſt. Sed vice nominum poni vidẽtur.

.i. nomen adiectiuum. .i. facit. ſ. de ſe aduerbium. .i. cũ dtõ. .i. regit. .i. etiã. ſ. aduerbiũ tale. .i. datiuũ.

Mobile quod format cum terno, dat quoque ternum.

Sen. Si nomen adiectiuũ iungatur datiuo, aduerbiũ quoq; ab eo
deductũ, itemq́; aduerbiũ ſignificatione confine, ſimiliter datiuũ
admittit: vt, Obuius mihi, Obuiam mihi. Viuere naturæ ſi conue Obuiam.
nienter oportet: Nouiſtíne locũ potiorẽ rure beato? ſicut conue- Conuenienter.
niens naturæ. Congruens naturæ. Congruenter naturæ. Propè Cougruenter.
eſt Dominus omnibus inuocantibus eum: ſicut propinquus om
nibus. Iuxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde: ſicut pro-
pè & propinquus iis, niſi iunxeris datiuos verbo Eſt.

ſ. exigit.
.i. accuſatiuũ. .i. ablatiuũ. ſ. aduerbiũ. .i. loco præpoſitionis.

Quartum vel ſextum poſitum vice præpoſituræ.

Sen. Aduerbiũ loco præpoſitionis poſitũ, vel vt loquuntur alij,
in præpoſitionẽ degenerans, accuſatiuũ adſciſcit vel ablatiuũ: vt,
Romã verſus, vel verſum. Forũ verſus, vel ad forum verſus. Pro- Verſus.
culdubio: id eſt, ſine dubio. Haud procul vrbe Roma. Ouid. At Procul.
mihi iã videor patria procul eſſe tot annos. Curtius tamen ſcri- Pridie.
pſit, procul vrbẽ: & Plinius: Haud procul Neapolim. Liu. Haud Subtus.
procul muros, Pridie Kalendas: id eſt, Ipſo die ante Kalendas.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me: id eſt, ſubter me. Tacitus, Sub-
tus vndas. Sene. Subtus tot maria. Verſus ferè ſuo poſtponitur Verſus.
caſui. Et id quidẽ cũ verbis tã quietis q̃ motus ad locũ: vt, Romã
verſus ſteterunt, & Romam verſus profectus eſt. Orientem ver-

quolibet. Tenus gaudet ablatiuo ſingulari & genitiuo plurali, ac ferè poſtponitur:vt, Crurũ tenus,pube tenus. Sed hæc,quidquid dicat Seruius, videntur velut compoſita: quemadmodum & illa:Hactenus, eatenus, quatenus. Ouidius tamen ablatiuo plurali iunxit. Pectoribusque tenus molles erectus in auras. Et rurſum: Per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt. Corn. Cel. Inguinibus tenus. Et Paulus Oroſius præpoſuit tenus: Tenus Scythico mari. Lectum eſt aliquando cum accuſatiuo: vt, Tanain tenus deſcendit. Daciam tenus venit. Tenus autem genitiuo iunctum dicas eſſe aduerbium, aut præpoſitioni accidere treis caſus,genitiuum,accuſatiuum & ablatiuum. Tenus nomẽ, eſt extremitas arcus,vel potius laqueus. Tenus. Tenus cũ accuſatiuo Tenus nomen.

.i.iſtæ præpoſitiones. .i.conſtruuntur cum accuſatiuo. ſup.ad locum.

In,ſub,dant quartum,ſi motum ſignificamus: In, Sub.

ſ.ad locum. .i.ablatiuo.

Si non deſigno motum,coniungito ſexto.

Sen. Hæ præpoſitiones, In, & ſub, nunc accuſatiuum poſtulant,nunc ablatiuum.Si motum ad rem ſignificent, accuſatiuũ: ſi verſari in re, ablatiuum:vt,Abijt in templum.Egit cauſſam in foro.Properemus ſub vmbram. Recubat ſub arbore. PLVRES acceptiones præpoſitionis In,ad hanc etiam normam poſſunt reduci. Lycaon verſus eſt in lupum.Plinius: Fortuna parcit in pœnam:id eſt, ad pœnam:Facio in tuam ſalutem. Dicam tibi in aurem. Dabo te in caueam. Potauit in multam noctem. Bibit in lucem: id eſt, vſque ad lucem, & vſque in multam noctem. Eſt in Venerem putris. Virgilius: Curuatus in arcum: id eſt, in ſimilitudinem arcus. Idem:Tum verò in numerum Faunoſque, feraſque videres Ludere: id eſt, in ſimilitudinem,vel ad imitationem numeri, ſeu cantilenæ. Cic. Non probantur in vulgus. Idem: In vulgus ignotus:id eſt,vulgo,& quaſi apud vulgus. Seruius in Aeneida, per accuſatiuum, dum commentatorem dicimus: ſed Virgilius in Aeneide, per ablatiuum, cùm auctorem ipſum ſignificamus. Prodigus viuit in diem, vel in horam: id eſt, non habet rationem craſtini aut futuri. Sed in dies aut in horas eruditior euadit: id eſt, de die in diem, & de hora in horam, cùm exceſſum atque incrementum denotamus. Porrò hæc omnia occultam ſignificant motionem. IN variat ſubinde conſtructionem etiam reſpectu eiuſdem verbi, diuerſa tamen ratione, motus videlicet ad locum,aut ſecus:vt, Rapuitque in fomite flammam: &, In fomitem rapuit flammam. Conditus in nubem: &, Nota conduntur in aluo. Vulnus in capite accepi, & in caput. Accepit eum in vlnas. In æs inciſæ leges: rariùs autem in ære inciſæ. Incluſus In. In æs inciſæ.

in car-

in carcerē, & in carcere. In rem tuā eſt, & in re tua eſt, vel è re tua: id eſt, vtile tibi eſt. Plaut. in Amph. Mihi in mentē fuit, vt legit Gell. id eſt, in mente. Et Cic. apud eundē. In prædonū fuiſſe poteſtatē ſciatis: id eſt, in prædonū poteſtate. SVB, quando iungitur tempori ſignificans circa vel per, accuſatiuo ſeruit etiā cū verbo quietis, non nunquā etiā ablatiuo. ACCVSATIVO] Virg. Sub noctem cura recurſat. Leneſq; ſuſurri ſub noctē. Simulacra modis pallentia miris. Viſa ſub obſcurū noctis. Virgil. Sub lucē exportant calathis: id eſt, circa lucē vel noctē, & luce ſeu nocte inſtante. ABLATIVO] Hæc amat obſcurū, volet hæc ſub luce videri. Sub nocte ſilenti. Sub conticinio, vrbē inuaſerunt: id eſt, in luce, in nocte, in conticinio, vel per, &c. ſignificat enim ſub accuſatiuo iunctū ferè circa: cū ablatiuo verò in, vel per. Notabis igitur fermè per accuſatiuū clādeſtinā motionē, nō ſic per ablatiuū.

.i. hæc præpoſitio. ſignificās. vel erga. .i. accuſatiuo. .i. adiuncta.

Inq́ue notans contra, quarto ſolet eſſe locata.

In pro contra. Sen. Præpoſitio in, pro contra vel erga, iūgitur accuſatiuo. IN pro cōtra] vt, In adulterū, & in deſertorē. Virg. Quid meus Aeneas in te cōmittere tantum: Quid Troes potuere? Impius in parentes, Ingratus in amicos. IN pro erga] Pius in Deū, patriam, & parentes. Liberalis in ſorores. Capitur autē contra in malum.

Contra. Erga. Erga plerunq; in bonū: vt, Contra hoſteis. Erga propinquos. Dico plerunq;. Nam erga in malā quoque partē, acceptum legitur. Plaut. Erga te imprudēs peccaui. Tacitus: Odiorū inuidiæq; erga Fabiū ammonebatur. Liu. Ob ingratū animū erga Romanos.

.i. accuſatiuum. .i. ablatiuum.

Sed ſuper & ſubter dant quartum, rarius imum.

Super, & ſubter. Sen. Super & ſubter accuſatiuū admittunt, & interdū ablatiuū: vt, Sæua ſedens ſuper arma. Super ſolium Dauid ſedebit. Virg. Heic tamen hac mecū poteris requieſcere nocte, Frōde ſuper viridi. Idē: Gemina ſuper arbore ſidunt: id eſt, in fronde viridi, & in gemina arbore. ETIAM ſuper pro vltra] Super Garamantes, & Indos Proferet imperiū. Vigilaui ſuper mediā noctem. Quod & Virgilius per ablatiuum expreſsit: Nocte ſuper media. SVBTER] vt, Subter ſcamnum delituit, & ſubter ſcamnō. Virg. Cùm tamen omneis Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

Super, pro vltra. Subter.

pro quādo. .i. ponitur. .i. ablatiuo.

Cùm ſuper eſt pro de, vel pro, ſexto ſociabis.

Super pro de. Sen. Super acceptū pro de, aut cùm pro ſignificat, regit ablatiuū. Virg. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa: id eſt, de Priamo & de Hectore. Idem: Hæc ſuper aruorū cultu, pecudumq; canebā. Tacit. Multus ea ſuper re variuſq; rumor. Plaut. in Aulul. per accuſatiuum dixit. Iuxta rem mecū tenes ſuper Eu

Super pro decū actō.

clionis

ctionis filiam: id eſt, de. SVPER ſignificans pro] Nec ſuper imperio moueor. Virg. Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborē: id eſt, pro imperio, & pro tua laude. Quandoque præpoſitio cum ſuo caſu, admittit ante ſe aliā præpoſitionē ſine caſu: vt, De poſt fetantes, accepit eum Dominus. Deſub velaminis ora me aſpexit. De ſub alpibus, & de ſub ipſis Italiæ faucibus. In ante diem quintum diſtulit. Præter propter vitam viuitur, id eſt, præter aliud quàm propter vitam. Super ſignificans pro. Nota. Præter propter.

.i. has interiectiones. .i. aliquando.

H*Et ſimul hem, cum væ non nunquā iungo datiuis.* Hei. Hem. Væ.

Sen. Hæ tres interiectiones, Hei, hem, & væ, datiuis interdum iunguntur: vt, Hei mihi qualis erat. Hei mihi, quod domino nō licet ire tuo. Hem tibi, lupus eſt in fabula. Hem tibi, reſciuit omnē rem. Væ nobis, quia peccauimus. Mart. Væ tibi, væ mortale genus, quòd ſemper ad alta Niteris, vt lapſu perfidiore cadas. VAE etiā cū accuſatiuo legitur, ſed apud veteres tantū. Plaut. in Aſin. Væ te. Eſt autem væ interiectio comminantis, & producitur. At coniunctio encletica, ve corripitur. Lucanus: Nec quenquā iā ferre poteſt Cęſar ve priorē. HEI interiectio eſt dolentis ſeu ingemiſcentis. HEM corripientis ſeu indignantis. Nō nunquàm demonſtrantis aduerbium, vt ſupra. Væ. Ve. Hei. Hem.

O petit heu, cum prô, primo quartóue locari. O, heu. Prô.

Sen. O, heu, & prô, vel nominatiuos exigunt vel accuſatiuos: vt, O beatus ortus ille. Virg. O fortunati, quorū iam mœnia ſurgūt. O infortunatū ſenem. O artificē probū. O diē lætū. Virg. O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint Agricolas. Luca. O miſeræ ſortis: ſupple nos. Heu pietas, heu priſca fides. Virg. Heu ſtirpem inuiſam. Heu me miſerū. Heu dementiā. Sed heu cū nominibus frequentiùs per exprobationem dicitur: cū pronominibus verò dolentis eſt. ILLVD autem Pſalmiſtæ, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Valla dicit incuria librariorum eſſe deprauatum: aliam quoq; tranſlationē habere, Heu me. Prô pudor. Prô dolor. Terent. Prô Deū atque hominum fidē: ſupple teſtor, vel inuoco, ſi placet. O interiectio eſt exclamantis, & quia quouis affectu ſaltem vehementi fit non nunquā exclamatio. O cuilibet ſeruit affectui, vt inquit Valla: Siue dolētis, vt Cic. O me miſerum, O infelicē. Siue admirantis, vt Iuue. O qualis facies. Siue indignantis, vt Cic. O tempora, O mores. HEV quidam faciunt aliquando diſyllabum, alij geminant, Heu heu: alij dicūt, Eheu, quæ ſine caſu ponuntur. Boëthius de morte, Eheu, quàm ſurda miſeros auertitur aure. Virgil. Heu heu quid volui miſero mihi. Heus quoque interiectio eſt dolentis ſimiliter ſine caſū: Virg. Heus etiam mēſas conſumimus. Suprà etiā habuiſti Heus reuocandi aduerbium. HVI minoris affectus interiectio, apud Terent. Heu cū nominibus. O. Heu. Eheu. Heu heu. Heus. Hui.

Terent. accuſatiuo iungitur. Hui, tam graues raſtros quæſo. INVENITVR interdum accuſatiuus interiectione ſubaudita. Me miſerum, ſup. ô, vel heu. Indignum facinus, & hominem nequam, qui non dubitauit in foro alea ludere.

DE ORDINE PARTIVM IN CONSTRVCTIONE.

CAPVT III.

Regula I. *IN ordine conſtructionis, primò, collocandus eſt Vocatiuus, deinde Nominatiuus, deinde Verbum.*

Virgil. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Semper intelligendum ſi ſint in oratione: nam ſi hæc abfuerint, ab imperſonali incipietur: vt, Tædet animam meam vitæ meæ.

Nominatiuus tamē à tergo rectus, à verbo ſubſtantiuo, vocatiuo, aut eius vim habente, poſtponendus eſt:

Vt, Noſtrum eſt orare Deum.

II. *Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Ablatiuus ponendus eſt poſt dictionem à qua regitur, à parte poſteriori:*

Vt, Miſerere noſtri Domine. Fauet quiſque ſuis amicis. Deū time, & mandata eius ſerua. Non fit ſine periculo, facinus magnū & memorabile.

III. *Accuſatiuus à frōte, rectus, ab infinitiuo, præponēdus eſt:*

Vt, Pueros litteris dare operam, eſt vtile.

IIII. *Aduerbiū, Præpoſitio, Infinitiuus debent poni poſt verbum, participiū, vel nomen adiectiuū quod determinat.*

Vt, Admodum anus. Vado ad forum. Cicero: Habitare laxè, & magnifice voluit.

V. *Antecedens relatiuo eſt præponendum:*

Vt, Quem mihi cōmodaueras, tibi reddo Virgilium. Patrem ſequitur ſua proles.

VI. *Ablatiui abſolutè poſiti, poſſunt præponi vel poſtponi:*

Vt, Saturno Rege, aurea fuêre ſæcula. Allato vino cœnabimus.

RELATIONIS tamēcauſſa, huiuſmodi ablatiui quandoq; neceſſariò præmittuntur: vt, Conuenientibus diſcipulis, Ieſus ait eis. Quandoq; neceſſariò poſtponūtur: vt, Cōuenientibus diſcipulis ſuis, Ieſus ait. Non nunquā etiā de neceſſitate in medio collocantur: vt, Conuenientibus diſcipulis ſuis, Ieſus ait eis.

EXCEPTIONES.

I. *Interrogatiuum, Quis, Qualis, Quantus, Cuius, Cuias, Quotus, & Quot: Et eorū aduerbia ſemper debent præponi:*

poni: ideo ab obliquo, vel aduerbio ſæpe inchoamus ordinem:

Vt, Quem quæritis? Vbi vidiſtis hominem? Qualis eſt hic? Cuiũ pecus, an Melibœi? Cuia penna eſt? vel Cuius pecus? cuius pennæ? ſi cuius ſit à quis vel qui. Cuias eſt ſodalis iſte tuus? id eſt, de qua gente, patria, vel ſecta? Veſtras, Germanus, Romanus, Stoicus. Cuiatem ſe dixit? Peripateticum. Quotus fuiſti? Primus, ſecundus, vndeuigeſimus. Quotus venies: id eſt, quot eritis venientes? Tertius veniam: id eſt, tres veniemus. Redditiuum huius interrogatiui Quotus eſt Totus: genitiuo toti, totæ, toti, ſicut Tot, à Quot: vt, Totus ſum apud Regẽ, quotus tu apud Epiſcopum. Quoto gradu patrueles diſtant ab auo? Toto gradu inter ſe diſtant. ET EORVM aduerbia.] Quomodo fiet iſtud? Quoties fuiſti Romæ? Quî id fieri potuit? Qualiter erat adfectus? QVID eſt ſubſtantiuum: vt, Quid negotij. Quid iuris. Quod verò adiectiuum: vt, Quod negotium, quod ius. Quis & Quid tantùm interrogatiuè vel infinitè accipiuntur, nunquàm autem relatiuè: vt, Venit ad me neſcio quis. Scio quis, aut quiſnam ſit. Incidit neſcio quid ſuſpitionis. Scio quid moliantur. Neſcio quid monſtri alant. Sed Quis, qualis, quantus, &c. in littera poſita, & aduerbia ab ipſis deducta, vt Quomodo, quò, quà, qualiter, quoties, & ſimiliter, Vbi & vnde poſſunt interrogatiuè, relatiuè, vel infinitè accipi: vnde Liuius: Qui finis erit diſcordiarum? id eſt, quis. Neſcio qui vir ſis Parmeno: id eſt, qualis vir. Heic infinitè accipitur Qui, illic interrogatiuè. Veruntamen Qui in ſingulari ferè accipitur relatiuè. Qualis tibi videor? Neſcio qualis ſis. Nequam mihi videris, qualis & parens. Quotum me putas fuiſſe? Reſciui quotus fueris. Tertius fuiſti, quotus & ego. Quot ſunt tibi conuictores? Satis opinor te audiſſe quot ſint nobis conuictores. Tot ſunt mihi liberi, quot & tibi. Nam decem ſunt mihi, quot & tibi. Ita de aduerbijs quoque. Quò abijt? Profectus eſt Romam, quò & pater. Me latet quò abierit. Vnde venis? Roma venio, vnde & tu. Scis vnde veniam.

Cuius, a, um. Cuias, atis. Quotus. Totus. Quid. Quod. Quis, & Quid. Vbi. Vnde. Qualis. Quotus. Quot. Quò. Vnde.

Caſus negatiuus eſt præponendus, vel reſoluendus per non: II.

Vt, Neminem verecundari decet apud menſam: id eſt, non decet aliquem verecundari: Fraus & dolus nemini patrocinantur: id eſt, non patrocinantur alicui. Caſum tamen negatiuum à fronte pendentem non oportet hoc modo reſoluere: vt, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Scio nullam peperiſſe heic. Spero nihil periiſſe rerum tuarum.

Quod

.i.aduerbiũ ſimilitudinis. .i.demonſtrandi. .i.interrogandi. .i.eligendi. .i.vocãdi. .i.optandi.

11. *Quod ſimilat, monſtrat, petit, eligit, & vocat, optat:*

.i.aduerbium negandi. .i.præponuntur. ſ.aduerbia.

Sicq'ue negatiuum, præcedunt: & prohibendi.

.i.hæ dictiones. ſ.coniunctiones.i.præponĕtur.

Cùm, quia, dum, donec, quoniam, ſimilesq'ue præibunt.

Sen. Aduerbia ſimilitudinis, demonſtrandi, interrogandi, eligendi, vocandi, optandi, negandi, & prohibendi, in conſtructionis ordine præponenda ſunt: quibus adcenſentur & hæ dictiones, Cùm, quia, dum, donec, quoniam, & his aſsimiles: quæ ſimiliter præcedunt in ordine conſtructionis: vt, Sicut miſit me pater; ſic & ego mitto vos. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Cur non canis? Orat, immo obſecrat. Vtinam dirumperes cęlos. Ne feceris, &c.

FINIS.

INTRODVCTIO IN ARTEM VERSIFICATORIAM.

De litteris et earum diuiſione.

Litterarum aliæ ſunt vocales, aliæ conſonantes.

VOCALES ſunt quinq; a, e, i, o, u: quibus additur y Gręcum, quo etiã Latini vtuntur. Reliquæ litteræ omnes ſunt conſonantes. CONSONANTES, aliæ ſunt ſemiuocales, aliæ mutæ. SEMIVOCALES ſunt ſex, l, m, n, r, s, & x: ſic dictæ, eò quòd à vocalium ſono incipientes, in conſonantium deſinunt ſonum.

MVTAE verò nouẽ: b, c, d, f, g, k, p, q, t. vocatæ mutæ, quia è contrario à conſonantiũ ſono in ſonum mutantur vocalium. Ex VOCALIBVS quatuor diphthõgos cõficimus, æ, œ, au, & eu. I ET V, ſi in principio ſyllabæ ponantur ſequẽti vocali, ſimplices ſunt conſonantes: Iuno, Venus, adiungo, aduenio, vel, diuinus. X & plerunque z duplices ſunt conſonantes: vt, axis, gaza. I quoque poſitũ inter duas vocales, pro duplici accipitur conſonãte, quando in medio dictionis ab eo incipitur ſyllaba, ſic vt eadem ſyllaba iungatur cũ vocali poſteriori: vt, Maior, peior, Troia. Quòd veritatem habet in ſimplicibus pręſertim. In cõpoſitis autẽ ſic poſitum plerunq; eſt ſimplex tantùm: vt, Biiugus, triiugus. Virgil. Biiugiq; ad frena leones. Idẽ: Non tã præcipites biiugo certamine cãpũ Corripuêre. Et rurſum: Centũ quadriiugos agitabo ad flumi-

flumina currus. Nam ſi in dictis duplex eſſet, præcedentem vocalem produceret poſitione. LIQVIDAE ſunt duæ, l, & r. Addiderunt etiam quidam m & n.

DE QVANTITATIBVS SYLLABARVM.

SYllabarum quantitas ſex cognoſcitur modis: Cōpoſitione, diminutione, deriuatione, accentu, exēplo, & regula. COMPOSITIONE percipitur quantitas primæ ſyllabæ, ſi dictio diſſyllaba figuræ ſimplicis, cū aliqua dictione cōponatur: vt, Póno primā producit: quia dicimus cōpóno, media longa. Tego verò primā corripit: nā dicimus prótego media breuiata. Sola autē penultima ſyllaba cognoſcitur cōpoſitione aut accētu. DIMINVTIONE cognoſcitur media ſyllaba: Vt ſi velis ſcire quāta ſit tu, in nomine Fortunarū: tolle rū, & ſupererit fortúna media lōga. Sic tabularum, abiecta rū, tabula penultima breui remanet.

DERIVATIONE cognoſcitur quantitas ſyllabæ, quoniā deriuatiuū ſapit naturā primitiui: vt, Dónū primā producit, quia dono, as, producit eandē. Virg. Hac te nos fragili donabim' ante cicuta. Inuenitur id interdū fallere, ſed rarò: vt Nato primā corripit. Iuuen. Res fiſci eſt vbicunq; natāt quocunq; receſſu. Et Horat. Si fractis enatat expes nauibus. Et tamē deriuatur à ſupino verbi No, nas, natu: quod eandē producit. Ita & in paucis aliis, quæ paſsim poëtarū lectio monſtrabit. ACCENTV penultima tantū ſyllaba cognoſcitur: vt Fortuna penultimā producere indicat accentus, ſicut & tabula eandē breuiare. EXEMPLO cognoſcitur quælibet ſyllaba, quādo ad probati alicuius poëtæ recurritur auctoritatē. Vt ſi neſcias quāta ſit prima aut ſecūda in nomine Pecunia, ex hoc Horatij verſu doceberis: Et genus & formam Regina pecunia donat. Ita quoq; percipies ea, in nomine caput, ex hoc eiuſdē poëtæ verſu: Humano capiti ceruicē pictor equinam. In omnibus enim poëtarum vſus eſt requirēdus, tanquam firmiſsima lex & certiſsima. REGVLA quoque cognoſcitur quælibet ſyllaba. Pro cuius explanatione ponentur aliquot regulæ generales.

Omnis poſitio eſt producenda; I.

Vt, Cantans, cuius vtraque ſyllaba poſitione producitur. POSITIO autem eſt, quando vnam vocalem duæ ſequuntur conſonantes: vt, Pars. Vel vna conſonans geminata: vt, tellus. Vel duplex conſonans: vt, axis, maior, gaza.

Si vocalem natura breuem ſequatur muta cum liquida, talis ſyllaba in qua ponitur vocalis, ſaltē in metro erit communis: II.

Id eſt, indifferenter longa vel breuis: vt, tenebræ. Virg. Deſpiciūt

clauſæ tenebris & carcere cæco. Luca. Intereà Phœbo gelidas pel lente tenebras. Dicimus, ſaltem in metro: Nam in oratione ſoluta huiuſmodi vocalis ſemper breuiatur.

III. *Omnis diphthongus producitur:*

Vt, Audio, euge, cædo, pœna. Corripitur tamen diphthongus ſequente vocali in compoſitione: vt apud Virg. Stipitibus duris agitur, ſudibúsve præuſtis.

IIII. *Vocalis ante alteram vocalem in Latinis dictionibus, breuis eſt:*

Vt, Pius, iens, eum. EXCIPITVR PRIMÒ Fio, quod i, ante ſequentẽ vocalem producit, niſi poſt e ſequatur r, nã tunc breuiatur: vt, Fierem, fieri. SECVNDÒ excipiuntur genitiui in ius: vt, Vnius, illius, ipſius, in quibus i ante u ſaltẽ in verſu modò longa, modò breuis inuenitur. Virgil. Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Alius in genitiuo ſemper producitur, ſicut contrà alterius ſemper corripitur. EXCIPIVNTVR itẽ genitiui & datiui quintæ declinationis, qui e ante i producunt: vt, Diei, ſpeciei. Et hoc verum, ſi ante e ponatur vocalis: ſin præcedat conſonans, breuiatur: vt, Rei, fidei. In Græcis verò dictionibus vocalis ante vocalẽ non rarò producitur.

V. *Omne præteritum diſſyllabum primam producit:*

Vt, Moui, noui, paui, creui, luſi. Excipitur præteritum in quo eſt vocalis ante vocalẽ: vt, Frui, rui, quod ſemper breuiatur. Excipiũtur item hæc ſex: Bibi, dedi, fidi, ſcidi, ſteti, & tuli. Alexander.
Omnia præterita pones diſſyllaba longa,
Quæ breuiant geminæ vocales: deme, bibitque,
Et dedit, atque fidit, ſcidit, & ſtetit, & tulit, hæc ſex.

VI. *Omne præteritum geminatum, primam corripit:*

Vt, Momordi, pependi, totundi.

VII. *Ceterorum autem præteritorum, tanta eſt prima, quanta præſentis.*

Excipiuntur Genui, poſui, & coëgi: quæ à longis deducta breuiantur. Item reppuli, repperi, & rettuli: quæ licet à breuibus in præſenti veniant, primam tamen poſitione producunt.

VIII. *Omne ſupinum diſſyllabum primam producit:*

Vt, Luſum, riſum, motum. Excipiuntur: Quitum, ſitum à ſino, citum à cieo, es, ſatum, litum & itum.

IX. *E, de, præ, & ſe, præpoſitiones ſemper producuntur in compoſitione, ſicut & extra compoſitionem.*

Niſi corripiantur vocali ſequẽte: vt, Deamo, præeo, ſeorſum, dehiſco: H enim non eſt littera, ſed adſpirationis nota.

Di,

Di, vbique producitur:

Vt, Diduco, diuido: præterquam in dirimo & diſertus.

Re, verò præpoſitio inſeparabilis, omnibus locis breuiatur:

Vt, Reduco, remoueo. Reiicio verò producitur poſitione, nam i-fit duplex cõſonãs. Similiter in repperi, reppuli & rettuli. Quod autem refert pro diſtat ſeu intereſt primam producit, nihil obſtat: componitur enim à re nomine, non te præpoſitione.

Pro producitur:

Vt, Propono. Niſi in iſtis: Propero, proteruus, procella, propheta, pronepos, profugus, profanus, profundus, profundo, profeſtus, profatus, profiteor, profectò, procuro, proficiſcor. Et niſi ſequatur vocalis: vt, Proauus, Prohibeo.

DE QVANTITATE VLTIMARVM SYLLABARVM.

IN *a deſinentia producuntur:* A.

Vt, Vltra, ama. Excipiuntur, ita, quia, & puta aduerbiũ. Caſus in a corripiuntur: præter ablatiuos, & præter vocatiuos venientes à nominatiuis productis: vt, O Aenea. Numeralia verò in ginta, vt Triginta, & quadraginta, finalem habent indifferentem. Sunt tamen qui putent in ginta ſemper produci, in genta ſemper corripi.

In e monoſyllaba producuntur. E.

Me, te, ſe. Excipiuntur Que pro &, ne pro an, & ve coniunctio diſiunctiuà, & ſyllabica adiectio te, quæ ſemper breuiantur.

Polyſyllaba verò in e corripiuntur:

Vt, Mare: niſi diphthongata in fine: vt, Muſæ. Excipiuntur Græca in e: vt, Helene, Penelope, & his ſimiliá nomina, quæ e finale producunt. Vocatiui quoque primæ declinationis, venientes à nominatiuis productis, producuntur: vt, Anchiſe, Pelide. Vnus etiam ablatiuus tertiæ declinationis, vt fame producitur. Antiqui enim fames ei inflexione quinta declinabant. Producuntur item quidam ablatiui Græci: vt, Euphrate, & Ariſtotele. Itẽ ablatiui quintæ declinationis: vt, Die, cũ compoſitis pridie & poſtridie, hodie. In verbis imperatiui modi ſecundæ coniugationis numeri ſingularis producitur e finale; vt, Doce, vale, quod tamẽ ſequente vocali corripi inuenitur: vt apud Virgilium: Et longum formoſe vale, vale inquit Iola. Inſuper aduerbia quæ veniunt à nominibus: vt, à Tardo, tardè, à pulcro, pulcrè, à docto, doctè, & huiuſcemodi alia finalem producunt. Bene tamen & malè corripiuntur. Fere verò & ferme producuntur.

I finalis producitur: I.

Vt, Legi. Mihi autẽ, tibi, ſibi, ibi & vbi indifferenter ponuntur.

Niſi & quaſi, & datiui Græci, vt Palladi, & vocatiui Græci, vt Amarylli corripiuntur.

O. *In O deſinentia monoſyllaba producuntur:*

Vt, O, Do, Sto.

Polyſyllaba verò in O finalem habent indifferentem:

Vt, Lego. Excipiuntur datiui & ablatiui in o terminati: vt, Domino, magiſtro, illo, quorum finalis tantū producitur. Gerūdia: vt, legendo, ſcribendo: & alia indifferenter ponuntur.

V. *V finale ſemper producitur:*

Vt, Cornu.

B, D, M, T. *In B, D, M, T deſinentia, finalem corripiunt:*

Niſi poſitio vel diphthōgus aut ſyncopa interueniat. Poſitio, vt legunt: Diphthongus, vt aut: Syncopa vt fumat pro fumauit.

C. *In C litteram deſinentia producuntur:*

Vt, Sic, Halec. Excipiuntur Lac, nec, donec, quæ breuiantur. Hic pronomen, indifferens eſt. Aduerbium verò longum. Hæc diphthongon habet. Hoc quidam dicunt indifferenter poni, alij autem auctoritate Priſciani corripi debere. Non nulli ſemper in ablatiuo produci.

L. *In L terminata corripiuntur:*

Vt, Hannibal, pugil. Sol autē & nil producuntur. Barbara quoque in el ſyllabam deſinentia produci ſolēt: vt, Daniel, Michaël.

N. *In N litteram deſinentia producuntur:*

Vt, Titan. Deme: An, forſan, forſitan, in, et tamen cū compoſitis. Et corripientia penultimā creſcentis genitiui: vt, Nomen, inis. Et accuſatiuos Græcos in yn terminatos: vt, Capyn & Procryn. Et in on Græca quædam deſinentia: vt, Ilion, Pelion: quorum finalis breuiatur.

R. *In R terminata vltimam corripiunt:*

Vt, Cæſar. Excipiuntur Aër, æther, & crater, & pleraq; alia in er tertiæ inflexionis Græca: vt, Character, preſter, &c. Et monoſyllaba: vt, Lar, far, ver, cur, fur, & par, cū ſuis cōpoſitis: vt, Diſpar, quæ producuntur. Ex monoſyllabis tamen breuiatur Fer cum ſuis compoſitis: vt, confer. Item per, vir, & ter.

As. *In as deſinentia Latina & Græca finalem producunt ſyllabam:*

Vt, Pietas, Pallas, antis. Ex Græcis excipiuntur terminantia genitiuum in dis: vt Arcas, Arcadis: Pallas, Palladis: & accuſatiui plurales tertiæ declinationis: vt, Troas, Lampas, quorum finalis breuiatur.

In es deſinentia finalem producunt: Es.
Vt,Doces. Excipe Penes præpoſitionẽ, & Es verbũ ſubſtantiuũ cũ cõpoſitis.Itẽ Græca pluralia:vt, Troades, Arcades,Garaman tes,& corripientia penultimã creſcentis genitiui:vt, Diues:quorum finalis corripitur. Ex ipſis tamen corripientibus penultimã creſcentis demuntur:Paries,abies,aries,Ceres, & pes cum compoſitis,quæ producuntur.

In is terminata vltimam corripiunt: Is.
Vt, Ignis. Deme Velis,cũ cõpoſitis: & verba ſecundæ perſonæ, ſingularis indicatiui quartæ inflexionis:vt, Audis. Tolle etiam nominatiuos producentes penultimã creſcentis genitiui:vt,Sam nis,itis: & pluraleis caſus, datiuos,ſcilicet,accuſatiuos & ablatiuos in is deſinentes:vt,Muſis, populis. Et omnia monoſyllaba: vt,Vis, ſis,& ab eis cõpoſita:vt, Quãuis,adſis:quorum omnium finalis producitur. Ex monoſyllabis ſubtrahimus duos rectos: Is, & quis. Item mis,tis,bis,quæ breuiantur.

In os deſinentia finalem producunt ſyllabam: Os.
Vt,Nepos.Excipe os,oſsis:compos,cõpotis, & Græca in os: vt, Ilios:quorũ finalis breuiatur. Heros tamẽ & Tros producũtur.

Vs finale corripitur: Vs.
Vt,Pectus, vulnus. Demuntur monoſyllaba: vt, Plus, thus, & producẽtia penultimam creſcentis genitiui:vt,Virtus utis:tellus uris:&c.quorũ finalis producitur. Genitiui quoq; ſingulares,& nominatiui & accuſatiui & vocatiui plurales quartæ declinationis,vt Manus,producuntur. Item Græca,vt Melampus, vltimam producunt.

De pedibvs versvvm.

PEdes,qui in frequentiori ſunt vſu, ferè ſunt hi.

Dactylus,ex prima lõga & reliquis duab' breuibus-vv:	vt,Omnĭă.
Spondeus,ex duabus longis --:	vt,Cāntāns.
Trochæus,ex priori longa,& altera breui. -v:	vt,Dīuĭs.
Anapæſtus,ex duabus prioribus breuibus,& tertia lõga. vv-:	vt,Dŏmĭnōs.
Iambus,ex priori breui & altera longa v-:	vt,Dĕōs.
Tribrachus,ex tribus breuibus vvv:	vt,Dŏmĭnŭs.
Proceleumaticus,ex quatuor breuibus vvvv:	vt,Părĭĕtĕ.
Pyrrhichius,ex duabus breuibus vv:	vt,Dĕŭs.
Choriambus,ex prima & vltima longis,duabus breuibus interpoſitis -vv-:	vt,Omnĭpŏtens.

De aliqvot versvvm et carminvm generibvs.

TRiplex eſt carminis genus:Heroicum,Elegiacum, & Lyricum.

Heroicvm carmen eſt , quod verſibus tantùm Hexametris

 conſtat.

conſtat. Dicitur autẽ Heroicum ab Heroibus, quòd eo fermè genere carminis in rebus Heroum, ſeu principũ vtimur, cuiuſmodi ſunt res diuinæ, res bellicæ, & ceteræ res graues ac magnificæ.

Hexameter autem verſus eſt, qui ſex conſtruitur pedibus.

Quem verſum hi tantùm pedes, Dactylus, Spondeus, & Trochæus ingrediuntur. Dactylus in Hexametro verſu vbique ſtare poteſt, præterquam ſexta ſede. Spondeus etiam vbique, præterquam in quinta. Trochæus verò vltimo tantùm loco. Ponitur tamen non nunquã Spondeus pro Dactylo in quinta ſede: vt apud Lucanum: Altus cæſorum pauit cruor armẽtorum. Alij quoq; recipiuntur, quanquã rariùs, vt Proceleumaticus & Anapæſtus. Proceleumaticus, vt apud Virgilium: Hærent parietibus ſcalæ, poſteſquẽ ſub ipſos. Anapæſtus. Idem: Fluuiorũ Rex Eridanus campoſque per omneis.

Elegiacum carmen eſt, quod duplici verſuum genere conſtat.

Hexametro videlicet & Pentametro. Dicitur autem ab elegeia, quæ miſeria interpretatur. Nã eo genere carminis, res miſeræ & lamentabiles deſcribi conſueuerunt. Quale eſt hoc primũ carmẽ Boëthij de Conſolatione: Carmina qui quondam ſtudio florente peregi, Flebilis, heu mœſtos cogor inire modos.

Pentameter autem verſus dicitur, qui quinque conſtat pedibus.

Qui quidem pedes ita locantur, vt in primis duabus regionibus Dactylus & Spondeus indifferẽter ponantur. Poſſunt enim eſſe duo primi pedes, vel ambo Spondei, vel ambo Dactyli, vel alter Dactylus, alter Spondeus. Quos duos pedes poſtquam ſcanderis, ſequentem ſyllabã proferas, eamq; ſolam relinquas: deinde facias ſemper duos Dactylos, rurſus relicta in fine vltima ſyllaba verſus, quæ poteſt eſſe longa, vel breuis. Si longa, ex ipſa & illa quæ relicta eſt in medio poſt primos duos pedes, quæ ferè ſemper eſt longa, fiet Spondeus: ſin autem eſt breuis, fiet Trochæus. Sicque vltimus pes Pentametri, poteſt eſſe Spondeus, vel Trochæus. Hic autem videtur facilior & melior modus, ſcandendi verſus Pentametri. Quod totum clarius fiet hoc exemplo. Nihil mihi reſcribas: attamen ipſe veni. Qui verſus ſic ſcanditur. Nil mihi, reſcri, bas: attamen ipſe ve, ni.

Lyricũ verò, dicitur quodlibet carmen extra Heroicum & Elegiacum.

Et dicitur Lyricum à lyra, quòd ea carminum genera ad lyram cani

cani conſueuerũt. At quia Lyricorum omnes explanare ſpecies, maioris foret negotij, quàm nos in præſentia ſuſcepimus, neque in introductione tantùm: aliquot duntaxat eorũ carminum ſpecies paucis perſtringere eſt animus, eorũ videlicet, quæ in frequentiore eſſe vſu, quæque teneriori adhuc puerorum ætati magis futura vſui arbitrabimur. Cuiuſmodi ſunt Sapphicum, Adonium, Aſclepiadeum, Phaleucium, & Iambicum.

Sapphicum, pedes quinque poſſidet.

Nã ſede prima Trochæũ, ſecũda Spondeũ, tertia Dactylũ, quarta Trochæum, quinta Spondeum vel Trochæum ſuſcipit.

Adonium, ex duobus tantùm pedibus: Dactylo videlicet & Spondeo, ſiue Trochæo conficitur.

Sapphicis Adonia ita plerunque coniunguntur: vt poſt tres Sapphicos verſus vnus ſequatur Adonius: vt apud Horatium.

Iām ſatis tērris, niuis atque dira
Grandinis miſit patēr, & rubenti
Dextera ſacras iaculatus arces,
Tērruit ūrbem.

Aſclepiadeum, quatuor pedibus conſtat.

Nã in prima regione Spondeũ, in ſecunda & tertia Choriambum, & in nouiſsima Pyrrhichium ſiue Iambũ frequentiſsimè inuenies. Horatius:

Mæcēnās ātauīs ēdĭtĕ Rēgibŭs.

Phaleucium carmen, ex quinq; pedibus componitur.

Nam in prima ſede Spondeum, in ſecunda Dactylum, in tertia & quarta Trochæum, in vltima Trochæum vel Spondeum recipere ſolet: vt apud Catullum:

Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Iambicum, ab Iambo ſic dictũ. Primùm ab Archilocho.

Sex Iambis compoſitũ eſt. Mox Poëtarum licentia effectum, vt Spondeus in quauis huius carminis regione recipi poſſet demta ſecunda & quarta: in quibus, niſi poëtarum maior obſtet licentia, Iambus perpetuum locum obtinet. Interdum tamen in prima pro Spondeo Anapæſtus, & in ſecunda pro Iambo Tribrachus reperitur. Quale eſt hoc carmen.

Nĕc fōntĕ lābrā prōlŭī căbāllīnō.

Nota generalem regulam, in omni genere verſus ferè ſemper ſeruatam.

In diuerſis dictionibus eiuſdem verſus non ponemus vocalem poſt vocalem, neq; vocalem poſt m, niſi fiat colliſio ſeu abſumtio præcedentis vocalis, vel ipſius m.

ELLIPSIS, eſt m litteræ cum ſua vocali abſumtio. SYNA-

LOEPHA, eſt vocalis detractio quoties in eam dictio deſinit, & ſequens ab ea inchoatur: vt, Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Verſus.

M necat Ellipſis, ceu vocalem Synalœpha:
Dictio dum ſequitur, quæ à vocali incipiatur.

Vt in hoc Virgilij verſu, eſt colliſio litteræ m, & vocalis, Multũ ille & terris iactatus & alto. Inuenitur tamen non nunquam vocalis poſt vocalem, etiam ſine abſumtione, vt apud eundem: Sub Ilio altò. Idem: Et longum formoſe vale, vale inquit Iola. Item. O pater, ô hominum Diuumq́ue æterna poteſtas. Sed id cùm rariſsimè à poëtis factitatum inueniatur, ne paſsim ac temerè imitemur.

F I N I S.

AO 14,68-93

BIBLIO
Vitto
XX